

Niceni cōcilij (ut ipse dicebat) quo declaratus est spiritus sanctus à patre pcedere, Latini à filio quoque id fieri addidissent. Tum Petrus diaconus homo doctus & argutus, qui tū in corona aderat disputandi gratia, Si (inquit) Latini dānandi sunt, quod addiderit spiritus sanctum à filio quoque procedere, dānandi multo magis Græci uidentur, quod id fieri à solo patre addiderint, cū ipsum conciliū à patre dixerit. Delusus homo audax tā acuto rīso, substitit amplius hac de re disceptare. At uero pōtīfex ne abeunte impatore, Rogeri^o iteque Apuliam repeteret, Rameonē Lotharij impatoris comitē cū aliquot cohortibus ad propulsandū iniuriā relicti ducē Apuliam creat. Mortuo deinde antipapa, occulteque à suis sepulto, cū etiā ei^o cardinales in fidē Romani pōtīficis deuenissent, getura iā respu. Christiana uidebat, cū subito Romani quādam seditionibus potentia quæretes, senatores creauere, quæ rēpu. Romanā ditionēque ad se pertinentē gubernarent. His autē dum pontifex restitit, habito apud lateranū cōcilio, quo instituit, ne quis laicus manū uolentā clerico iniiceret, pontificatus sui anno. XIII. mēse. VII. die. VIII. moritur millesimocētesimo. XLIII. saluti nōstræ anno, quo tēpore magno in pretio sunt habiti & Bilibertus ē Britannia oriund^{us}, uir tātā doctrinæ, ut ob uarietate disciplinarū uniuersalis appellaret, & Amber^{us} Remensis archiepiscopus Giliberto pceptore nequaquam eruditioe & doctrina inferior. Hui^o quoque pōtīficis illud op^o est, quod adhuc cernimus in fornice sanctæ Mariæ trāstiberinæ ē musiuo.

CELESTINVS .II.

Celestinus secundus, Guido antea uocatus, sancti Marci presbyter cardinalis, natione Tuscus, ē castro Felicitatis, quod nōnulli ciuitatem Castellī esse affirmāt, Typhernum ab antiquis appellatum, pōtīfex in demortui Innocētiū locum omnium consensu creatur, eo maxime tēpore quo in Asia Balduino rege uita functo Andegauenū comes Fulco, Balduini gener tertio loco, si ordinē successionis inspicias, regnū Hierosolymitanū accepit, quod duos etiam filiorū uirtute fretus aliq̄dū accerime uatus est. Nam cū Thurci sinū persicū incolētes, in agrū antiochenū incurssiōes fecissent, eos nō solū fudit rex Fulco, uerū etiam ex his ad tria milia interfecit, totidēque cepit. Hac autē clade excitus Alaph genere Thurgus, Babylonum auxilijs fretus, Edessam Mesopotamiæ ciuitatē, Arach ab Hebræis uocatā inuasit: quā antea dixim^{us} Balduinū à fratre Gothifredo precibus obtinuisse. Capta est autem urbs, & à Barbaris crudeliter direpta, occisus omnibus Christi fidē abnegare recusantibus, stupratis etiam nobilissimis matronis sup altari sancti Iohannis baptistæ, quod sciebāt à nostris pie ac sancte cultum fuisse. Sed nescio quo fato dū parantē copiæ, Fulco in uenatiōe leporē cōcitate nimis & incaute insequens casu equi morit^{us}: cui filius Balduin^{us} eiusdē noīs tertius in regno successit. Celestinus autē pōtīficatus sui mēse. V. morit^{us}, sepeliturque in lateranēsi basilica, una tū re felix, ob breuitatē tēpōris (ut arbitror) quæ nullis seditionibus toto suo pōtīficatu uexatus fuit.

LVCIVS .II.

Lvcius secundus patria Bononiēsis, patre Alberto, eo tēpore pontificatus inijt, quo Edessæ urbis euerfio nunciata est. Ea cū ciuitas Edessa est, ad quā Tobia missis filiū Gabelo sacre literæ testant^{ur}: quamque Thaddæus apostol^{us} ad fidē Christi cōuertit: & in quæ beati Thomæ ossib^{us} ornata Abagar^{us} regnū obtinuit, quæ datis ad Iesum literis, scripta manu dei trāsa accipere meruit. Hac uero clade audita Bernardus clarauallesis uir & sanctitate & doctrina (ut dixi) insignis, patrociniū religiōis christianæ assumēs, principes oēs Christianos tū literis, tū nūcijs adhortatus est ut crucē in Saracenos Christi uexillū sumerēt. Hæc ob rē Cōradus Sueu^{us}, quæ Lothario in regnū Romani noīs successerāt in militia nomē dedit. Dū hæc autē pro fide Christi in Gallia & Germania pararentur, Rogerius pontificū negligentia in Italiā reuersus, quæ amiserat breui recupauit, nullo repugnate: quæ ex re copijs deinceps & animis auctus classe in Africā trānciēs, adeo regem Tunēsij uexauit, ut hoīem data pace psoluere tributum quotannis coegerit, quod certe ad triginta annos continuo exegit. Conradus uero magno cruce signatorū cōparato exercitu, Constantinopolim pueniens ab Emanuele secūdo Græcorū impatore p̄cibus compellit, nullo cōparato cōmeatu, Iconij statim ducere: se cū præstatuque oia quæ cæ-

CLXXII pō.

CLXXXIII pō.

Edessa Thaddæus ad fidem Christi conuertit.

exercitū necessaria erant, Emanuel pollicebat. Obsessa est urbs natura & artificio munita aliq̄dū atque acriter. Vex cum scelestus imperator Græco usus ingenio, gypsum farinæ miscuisset, ex eaque re panis fieret, quo exercitus Christianorū aleretur, tot itam milites perire, ut re infecta, relicta obsidione, in Thraciam secedere oportuerit. Hoc tū emolumentū illa expeditio præstitit, quæ Balduinus quartus Hierosolymitanus rex animo auctus, Acaloniam diu obsessam tandē ui cepit, cū paulo antē Gazam urbem antiquissimam penitus ab hoste derelictam ædificasset, incolendamque fratribus tēplarijs cōcessisset. Ausus quæ etiam idē Balduinus Thurcorum satrapas Hiericontinos infestates propulsare, quorum de numero unico prælio ad quinque milia interfecta referuntur. Noradinū quoque Damascanæ militiæ principē Hierosolymitanū agrum uexantem, tanta clade supauit & persecutus est, ut agræ Christiani retenti sint, quo minus unā cum hoste Damascanæ moenia ingrederent. Ad Lucium pontificem redeo, qui interim nil prætermitebat, quod ad tantam expeditionē, tamque necessariā prineret. Credo ego hoīem ipm̄ miro amore excitatum retinendæ Hierusalē, quæ tituli sanctæ crucis in Hierusalē presbyter, cardinalis, pōtīfex creatus fuerat, quā quidē basilicam totam ferme restituit. Eius præterea cōsensu in Gallia synodus episcoporum quorundā & abbatū facta est contra Baliardū philosophum peripateticū, uirū multæ doctrinæ, nō bene in quibusdā cū fide nostra sentientem, quæ præfente etiam Lodouico rege, rationibus uictus, nō modo sententiā mutauit, uerū etiam monasticam uitam & religionem induit, ac deinceps unā cum quibusdam discipulis in loco deserto sanctissime uixit. Lucius autem pontificatus sui mense, XI. die, IIII. moritur, ac in basilica lateranensi sepelitur.

EUGENIUS .III.

Eugenius tertius Pisis oriūdus, sancti Anastasij abbas, in monachū antea à Bernardo uiro sanctissimo electus, in ecclesia sancti Cæsarei pōtīfex creatur. Nā cum haud satis inter cardinales constaret, quem potissimum ē numero suo deligerent, diuino nutu perciti uirum sanctissimum Eugeniū deligunt. Qui ubi Romanos instare minis etiam cognouit, quo sui cōfirmarentur senatores, ad farfense monasterium noctū in sabinos abijt comitante cardinali cœtu, ibique cōsecratiōis munus suscepit. Verū cum postea Romanorū nō minas tantummodo, sed etiā facta contēneret, senatores ipsos eo perpulit, ut petita pace magistratu se abdicarent. Romā itaque rediens, ubi intelligit Romanos nequaquam bono aīo, sed fraude in gratiā secū rediisse, insidias ueritus Tibur dilabit, fugientē Romā telis & sagittis insequunt. Postea uero Pisas profectus nauigio in Franciā contēdit, regēque Lodouicū cruce signatū in Thurcos & Saracenos animat, quæ Constantinopolim cū exercitu profectū non secus Emanuel fraude circūuenit, quæ olim Conradū Sueuū, psuasum eū iniquo tēpore ducere copias p̄ deserta Syria, eo necessitatis eī cōpulit, ut laceus exercitū difficultate & inopia rerū Antiochiā re infecta ducere coactus sit. Hæc ob rem Rogerius Sicilia rex Emanueli insensus classe in Graciā delatus, Corcyram in sulam, Corinthum, Thebas & Euboiam de impio Emanuelis occupat, duxissetque eodē animo Constantinopolim, nī Veneti instructa in hadriatico sexaginta trirerium classē, se, quo minus id faceret prohibuissent. Flexit itaque Rogerius ad littora Asia: deo uolente. Nā tū forte Saracena classis Lodouicū regē Franciæ circūuenit, quæ nō lōge à portu sancti Simeonis solucis Palæstinā petiturus erat, Rogerius itaque barbaros in angustio nactus oppugnat & uincit, Christianumque regē cum exercitu ab interitu liberat. Interim uero classis ueneta quæ Emanueli admodū fauebat, ea loca recipit quæ Rogerius occupauerat, immunitaque ac sine ullo psidio reliquerat. Rogerius autē dimisso apud Ioppē Lodouico Constantinopolim delatus, suburbia uidēte Emanuele incendēs, eousque uictoria delatus est, ut & ædes impatoris aliq̄dū oppugnauerit, & poma ex hortis eiusdem manu legerit. Verum cum postea inde in Siciliam incomposita classe abiret, in uenetos incidens instructos, & ad dimicandum paratos ex suis trireribus. XX. amisit, agręque fuga si bi salutē quæsiuit. Interim uero Cōradus, Lodouicus & Balduinus iunctis copijs aīscque, Damascanū magnis conatibus obsident: quam urbē seruos Abraham fundasse constat, loco

CLXXXIII ponti.

campestri naturaq; arido, sed artificio habere atq; fecundo. Ager enim effossis cuniculis ductisq; fistulis, unde irrigari potest, miram habertatem præ se fert. Paruus amnis in regione unicus non longe ab urbis moenibus præterlabens linguam oppidam facit, in qua nostri castra posuerant, unde facile cohibere ab aquatione oppidanos poterant; uerò Assyrio quodam persuadente, cui maxime Balduinus in rebus arduis credebatur, castra ad alteram urbis partem transferuntur; q; diceret facilius irrumpi hostium moenia eo loci posse, utpote minus munita. Motis itaq; castris Damasceni repente statua nostrorum occupant ac muniunt, nostrosq; ab aquatione & comætu prohibent. Quare cum siti famemq; laboraretur, tandem non sine contumelia obsidionem soluunt. Hierosolymam Balduinus, in Europam Lodouicus, & Conradus comminutis uarijs casibus exercitibus reuertitur. Milleesimo centesimo quinquagesimo secundo salutis anno uenerat tum Romam Eugenius, excitus ad expeditionem christiani, qui egregio apparatu & magna ciuium charitate susceptus est. Tarracina autem, Setia, Norbano ac Fumonis arce receptis, quæ loca hostes ac tyranni circunquaq; positi occupauerunt, Tibur recreandi animi gratia concessit. Vbi non ita multo post pontificatus sui anno octauo, mense quarto, die uigesimo moritur; cuius corpus Romam delatum, magna (ut decebat) pompa in basilica Petri sepelitur. Eius autem iussu & impensa extructa est porticus, uel restituta potius sanctæ Mariæ ad Præseppe, quemadmodum ex inscriptione apparet.

ANASTASIUS. III.

CLXXV. p̄.

Alphonfus rex ab expeditione Hierosolymitana reuertitur.

Anastasius quartus, patria Romanus, patre Benedicto, abbas antea sancti Ruffi Veliternæ diocesis, ex cardinali potifex creatur, eo potissimum tempore quo Alphonfus Hispaniæ rex ab expeditione Hierosolymitana rediens moritur, in eiusq; locum sufficit Sanctius filius, cui paulo post mortuo pro Christi fide in Arabia bellum gerenti, Ferdinandus frater in regno succedit. Anastasius autem pontificatum adeptus, & calicem pulcherrimi operis magnæq; æstimationis Lateranensi basilicæ condonauit, & ædes egregias apud Pantheon, quod sanctam Mariam rotundam uocant breui ædificauit. Plura quoq; mente destinauerat, tum ad dignitatem ecclesiæ, tum ad ornatum urbis Romæ pertinentia, si ei aliquandiu uiuere licuisset. Fecit tamē cum spes ex eo concepta, tum Richardi de sancto Victore doctrina, ne eius tempora ignobilia uiderentur. Richardus enim doctor insignis multa & grauior et copiose tum scripsit, præcipue uero librum de trinitate. Habuit & sermones ad populum nō minus doctè q̄ eleganter. Laboratū hoc etiā tēpore in tota ferme Europa fame est, Anastasio pontifice & clam & aperte pauperib; ipsi elemosynas præbete, qui potifex sui anno uno, mense quarto, die quarto & uigesimo moritur, sepeliturq; in lateranensi basilica concha porphyretica.

HADRIANVS. III.

CLXXVI. ponti. Forte Norwiciam.

Hadrianus quartus natione Anglicus, Albanus episcopus & cardinalis ab Eugenio creatur, q; in Nouergiam missus prædicando, & bene monendo prouinciā illam ad Christi fidem redegerat. Mortuo deinde Anastasio pontifex creatus, tentatusq; à Romanis tum precibus, tum minis, ut consulibus liberam urbis administrationem relinqueret, id se facturum constantissime renuit. Instabat Romanus clerus ut in Lateranum proficisceretur faciendæ consecrationis causa, quod etiam facere recusauit, nisi prius Arnoldus Brixianus hæreticus ab Eugenio antea damnatus ex urbe pelleret. Hoc autem agrefrens populus cardinale sanctæ Pudentianæ ad pontificem uia sacra proficiscentem uno atq; altero uulnere afficiunt. Hanc ob rem iratus pontifex, eos acerba etiam execratione persecutus est, quoad mutata sententia, & Arnoldum ab urbe pulere, & consules abdicare se magistratu coegere, relicta pontifici administranda urbis libera facultate. Interim uero Guilielmus Siciliæ rex, qui mortuo Rogerio successerat, Beneuentana suburbia, Ceperanum Baucumq; in Hernicis de ecclesia occupat. Ob quam rem indignatus pontifex regem graui anathemate notat, eiusq; ditioni subiectos omni sacramento liberat, quo facilius à rege deficerent, nullo iurcurando astricti. Federicus autem primus hoc tempore ex gente Sueua imperator creatus, Cisalpinam Galliā

cum exercitu ingressus, cum Derronam haud satis imperio obtēperantem aliquandiu obsellam ut tandem cepisset, magnaq; celeritate Romam uersus iter statim fecit. Pontifex autem Viterbij tum agens confirmaturus in fide ecclesiasticas ciuitates circunquaq; positas, Orucum & ciuitatem Castellanam adiit. Verum cum postremo se imparē tanto exercitui cerneret, pace per internuncios composita in agro Sutrinum imperatori sit obuiam; qui ex equo descendens, eum ut uerum Christi uicarium salutat. Cum uero ad urbem uenissent, & pontifex in basilica Petri Federicum imperij corona donaret, populus Romanus clausus tum portis ne quid tumultus excitaretur, per Hadriani pontem ut erumpens Teutonicos cum pontifice præter eorum uoluntatem sentientes, passim caedit. Excitus quidem tanto tumultu imperator intromisso exercitu, qui in pratis Neronianis confederat, Romanos ex uaticano in urbem retrudit multis casibus captisq; pontificis tamen precibus imperator lenitus captiuos incolumes dimittit. Verum cum postea (cur mos est) ituri simul ad lateranum pontifex & imperator essent, fieriq; id nequaquā tuto uiderent, Romanis ad arma spectantibus, Mallianum simul proficiscuntur: ubi transmissio flumine, per Sabinos & pontem Lucanum ad Lateranum peruenientes solēna persoluerunt. Dum hæc autem Romæ agerentur, Tiburtini ad imperatorem uenientes, se ac omnia ei sponte dedunt. Verum cum imperator intellexisset urbē illam ad pontificatum pertinerē, eandem Hadriano statim restituit, neq; ita diu immoratus in Germaniam rediit. At pontifex à proceribus Apuliæ rogatus Beneuentum se contulit, maioremq; regni partem sua tantum præsentia Guilielmo abstulit. Interea uero Paleologus uir quidem nobilitate insignis Emanuelis secundi imperatoris Constantinopolitani nuncius & orator, Anconam primo nauigio delatus, terra deinde Beneuentum petit, pontificiq; imperatoris nomine sponte obtulit auri libras quinq; milia, fugaturumq; se ex Italia Guilielmum, si tres maritimæ in Apulia urbes ei ex fœdere rebus bene gestis darentur. Quod ubi Guilielmus resciuisset, pontificem ad misericordiam cohortatus, pollicetur nō modo se restitutum quæ de ecclesia abstulerat, uerum ulro quædam alia cōdonaturum, Romanosq; ecclesiæ rebelles in officio retenturum, si utriusq; regni titulis tam citra q̄ ultra Pharam positi insignior fieret. Facere id quidem pontifici nequaquam licuit, aduersantibus quibusdam cardinalibus. Hanc ob rem Guilielmus instructo exercitu Apuliam hostili animo ingressus, cum omnia ferro ac flamma cōsumpsisset, in Græcos & Apulos mouens, qui apud Brundisium castra posuerant, eos facile superat; unde Salentini Apuliq; omnes deditionem statim fecere. Pontifex autem cardinalibus insensus, qui obstitērat quo minus pax componeretur, Guilielmum in gratiam recipit, eidemq; utriusq; regni titulos ascripsit adhibito prius sacramento, se nil deinceps moliturum quod ecclesiā Romanam offenderet. Rebus autem ex sententia compositis, pontifex per Cassinates, Marfos, Reatinos, Narnienses, Tudertinos iter faciens ad Orucum tandem peruenit prius pontifici Romanorū: à quo ea urbs & inhabitata & cultior reddita est. Cū uero instans Romanis ad urbem redisset, uexareturq; à consulibus libertatem Romanam restituere conantibus, Arignamum petit; ubi non ita multo post moritur pontificatus sui anno. III. mense. X. relicta magno in precio ecclesiæ Romanæ ditione. Nam & circa lacum sanctæ Christiæ multa castella muniuit, & Rhadicophanum quod nunc Senenſes obtinent muro & arce propè inexpugnabile reddidit. Horum autem temporum historiam scripsit satis eleganti stylo & oratiōe Richardus Cluniacensis monachus, quē alij scriptores non parum laudant. Corpus autem Hadriani Romam delatum, in basilica Petri sepelitur non longe à sepulchro Eugenij potifexis.

ALEXANDER. III.

CLXXVII. p̄.

Alexander. III. patria Senensis, patre Ranucio mortuo Hadriano duorum & uiginti cardinalium suffragijs pontifex creatur, licet Octauianum Romanum ciuem tituli sancti Clementis presbyterum cardinalem Victorem appellatum tantum subrogauerint, unde schisma ortum est. Tum uero Alexander ne diutius seditio illa cum pernicie ecclesiæ Romanæ protraheretur, Federicum imperatorem Cremonā

tum obsidentem, per legatos rogat, ut interposita autoritate imperatoria seditionem tollat. Respondit ille utrumque pontificem Papiam ire oportere, quod & ipse proficiscetur cognoscendae disceptationis causa. At vero cum Alexander accepto tali responso Anagninam se contulisset, Octavianus Anagninam occupat: Tum imperator indignatus quod dicto suo pontifex non obtemperasset, episcopos duos ad Alexandrum mittit, qui cum non pontificem, sed cardinalem appellatum ad concilium citarent. Hi autem ab Alexandro confutati & reiecti, ad Octavianum statim se conferunt: eumque Papiam perducunt, ut haberent quem Alexandro objicerent. Habito deinde concilio, Federicus Octavianum pontificem confirmat, eumque equo albo insidentem per urbem Ticinensem ducit, & de more adorat. Qua iniuria Alexander permotus praemissa admonitione Octavianum & Federicum anathematis uinculo colligat, literasque mittit ad Christianam reipublicae principes & populos, quibus intelligat id a se iure ac merito fieri. Rediens deinde Romam Alexander pontificatus sui anno secundo, multos aduersarios in urbe inuenit, in se cornua palatium erigentes: quod Federici exercitus praeter urbem ueterem & Anagninam, omnem ecclesiam ditionem iam occupauerat. Quare Alexander adhortante etiam Philippo Francorum rege Tarracinam profectus, consensu nauigio ad eam rem mandato Guillelmi Siciliae regis parato in Franciam contendit: conuentumque in Claro monte habito, anathema in imperatore & Octavianum factum statim enunciat. Dum haec autem in Europa agerentur, mortuo apud Hierosolimam Balduino tertio, Almericus frater statim regnum accepit, ne ob interregnum in tanta barbarie & perfidia aliquid noui exoriretur. Verum compositis pro tempore rebus in Aegyptios ducens, Drogonem copiarum praefectum edita ingenti caede, statim superat: Alexandriamque obsidet, quam Tiracinus Soldani Sacacenorum regis praefectus in suam potestatem fraude redegerat. Alexandrini autem cum nec diutius pati obsidionem possent, nec subijci Christianorum imperio uellent, Almerico se hac conditione commiserunt, ut in Soldani potestatem pulso Tiracino tyranno redigerentur. Almericus itaque ingenti pecunia Soldano urbem restituit. Verum cum cum fraude homo ingratus ageret, nec pactam pecuniam praestaret, in eum ducens Cares urbem nunc Cairum appellatam obsidet. Federicus autem tyrannica potestate usus, direpta Dertona & Mediolanum solo aequauit: unde trallata magorum corpora Coloniae tum crediderim a Rodolpho Colonienfium archiepiscopo, & Cremonenses magnis incommodis affecti. Quare Veronenses, Vincentini, Patuini, Veneti communi periculo moti decreuerunt, ne amplius ulla auxilia Federico Cisalpinam uastanti praestarentur. Federicus itaque ira incensus, Veronam ducens oppugnandae urbis causa, cum eo peruenisse aliarum urbium auxilia intellexisset, retrocedens, ac Papiam sese recipiens, literis & nuncijs Franciae regem adhortatur, ut tollendi schismatis causa Alexandrum secum ad concilium ducat, quo & se una cum Victore profecturum pollicetur. Apud Diuonem locus est ubi Sauro fluuius Gallos a Germanis diuidit. Is locus concilij est habitus, quod Federicus rebus Italiae pro tempore compositis profectus cum Octauiano est, Scotiae ac Boemiae regibus, magnisque armatorum copijs stipatus. Verum cum Alexander ad id se profecturum concilium recusaret, quod ipse non indixisset, Turonicusque id inchoasset, Federicus ira ac minarum plenus in Germaniam rediit, Octavianum quem paulo post secutus erat in Italiam misit: quo quidem Lucae mortuo Guido Cremonensis in antipapam Octauiano subrogatur. At uero Romani creatis consulibus, Alexandro pontifici amicis, eum statim ex Francia reuocant, qui primo in Siciliam, mox Romam nauigio delatus, congratulantibus omnibus perbenigne suscipitur. Aduentu autem Alexandri Cisalpinam Galliae populi in spem libertatis erecti, anno salutis MCLXV. in Federicum saepe nimium imperantem arma sumunt, praesidiaque eius ex arcibus quibusdam deiciunt. Verum Federicus comparato magno exercitu in Italiam ueniens, praeter spem nulli noxius traiecto ratibus Pado, in agrum Bononensem descendens copias parit. Cohortes enim quasdam Lucam misit, quarum praesidio tutus antipapa esset, qui tunc Lucae erat. Ipse uero cum reliquo exercitu Anconam profectus urbem aliquandiu obsidens,

Magorū corpora Coloniae transfertur.

Concilium apud Diuonem.

in suam tandem redegit potestatem. Interim uero sociam Cisalpinam Galliae ciuitates, Mediolanum restituit ac munium: Laudenses Mediolanensium hostes in societatem recipiunt, quo facilius Federico resistere possent, si in eos moueret. Verum Federici maior cura incessit. Mortuo enim Guillelmo Normanno Siciliae rege, Emanuel Graecus imperator legatos ad pontificem misit, qui ei pollicerentur, & magnas copias in Federicum, & unicam mentem omnium Graecorum cum ecclesia Romana conuenientem, ut orientalis cum occidentali eadem fieret, si patere imperium Romanum antea diuisum in unum corpus redigi. Legatis autem quod sit responsum haud satis constat, cum bellum inter Romanos, Tusculanos, atque Albanos ortum, pontificem impediuerit, quo minus certum responsum legatis daret. Nam cum Tusculani Albanique pendere Romanis tributa immoderatus imperata recusarent, incensus ira populus Romanus reclamante pontifice, populariter in Tusculanos mouet, Tusculanorum rempublicam maxime gubernabat Aino comes, quem Rogerius ducatu Apuliae delegerat. Is itaque in re militari peritus accersitis Germanis, qui apud Nepefium Sutriumque conserauerant, tanta Romanos clade affecti, ut deinceps uix se tueri mœnibus, nedum hostem foris laessere potuerint. Tum uero Federicus ulciscendi iniurias (ut ipse dicebat) ab Alexandro acceptas occasione nactus Ancona descendens, Romam mouet. Positis autem in pratis Neronianis castris, irrupere suburbium Vaticanum conatus, a familiaribus Alexandri constantissime repellit. Sequenti uero die basilicam Petri incedisset, si aditui furentem ac iam faciem intentantem admisisset. Pontifex autem haud satis tuto in Laterano consistens, quod iam iam irrupturos Germanos uidebat, in ades Fregepanum ad Palladium diuertentes cofugit. Tum uero Guillelmus Siciliae rex magni Guillelmi filius, audito pontificis discrimine, magna uim pecuniae & triremes duas paratissimas ac misit: Instabat cum populo Romano Federicus, cui pacem praemittebat, ut de duobus pontificibus dignior eligeret, altero eliminato & reiecto. Quares certe cum tota ad Federici nutum spectaret, pontifex noctu abiens nauigatione, salutem sibi fuga quaesuit. Caietam primo, mox Beneuentum delatus. Expulsi & Federici ab urbe Roma pestis, qua passim ueluti pecora & ciues & milites oppetebant. Venientia autem in Cisalpinam Galliam Federico imperatori foederatae ciuitates cum exercitu obuia fiunt: quos acriter nimium instantes detrectato certamine studiose uitans, in Germaniam peruenit. Abeunte itaque Federico, sociam ciuitates Alexandriae de nomine Alexandri pontificis nuncupatam, apud Rouretum Taro amni adiacentem paribus animis impensaque condunt: in eamque ex omnibus ciuitatibus quindecim milia hominum ad incolendum mittunt, diuisis agris uiritim, partitisque in urbe locis ad aedificandum. Romani autem acceptae cladis memores, abeunte Federico Albam uicini capiunt ac diruunt. Idem etiam in Tusculanos fecissent, nisi pontifex eos nunc minis, nunc execrationibus a tanto facinore deterruisset. Misit tum etiam Emanuel imperator Constantinopolitanus alios oratores qui maiora pollicebantur, si pontifex in sententiam suam descendisset: quibus Alexander ita respondit, se nolle id in unum coniungere, quod olim de industria maiores sui disunxissent. Moritur interim Guido Cremonensis antipapa in basilica sancti Petri: quam magno Federici praesidio adhuc obtinebat, cuius in locum a seditionis quibusdam sufficitur Iohannes Sarmitis abbas ex Pannonia, uir pridem furto infamis, cuique Aino comes sibi timens ob cladem antea Romanis illatam, Tusculum tradidit, motem Flasconem ex pacto recepturus. Verum cum Aino a Flasconensibus non recipere, recusarentque Tusculani antipapam reciperent, Tusculum rediens omnino excluditur. Inde uero ad Alexandrum qui tum Verulis erat abiens, ius omne suum quod in Tusculo habebat ei condonauit. Vnde Tusculani publico etiam decreto ac consilio adhibito pontificem receperunt, quo in loco Henrici Angliae regis oratores auditi sunt, regem suum purgates, quod falso diceretur in necem beati Thomae archiepiscopi Cantuariensis coniurasse. Hanc ob rem pontifex cum non facile oratoribus regis crederet, in Angliam duos cardinales cum magna potestate mittit, qui rem ipsam diligenter inspicerent, quibus certe rex omisso hybernico bello, quo erat implicatus, honoris causa apud Normanniam occurrit: reque discussa ad hoc uentum est, ut Henricus iuramentum adhibito,

cum non satis de facto constaret, sese purgauerit, promiseritq; se penitentiam pro nece sanctissimi uiri acturum; cuius etsi fuisset insons atq; inscius, occasionem tamen præstitit se sic uisus, quod uiuentem simulat & odio persecutus sit. Additū præterea ut. CC. milites Hierosolymam mitteret, qui suis auspicijs, suaq; impensa per annum contra Saracenos dimicarent: utq; ipse triennio cum quanto posset exercitū contra Barbaros bellum gereret, libertatem ecclesiasticam in suo regno tueretur, appellationibus ad curiam Romanam factis non aduersaretur. His autem rebus iureiurando confirmatis, regni Anglici titulū in se atq; in hæredes suos transferri meruit pontifice annuente. Hinc autem obseruatum est, ut omnes Anglici reges a Romano pontifice regni iura recognoscant. Alexander autem diu cum Romanis colluctatus, cum diceret se urbem eorum pace ingressus, nil amplius q̄ rem diuinam curaturum omnia eis cura rerū secularium: cū id etiam nõ impetraret, Segniam proficiscitur: ibi auditis legatis qui ex Anglia uenerat, cognitisq; beati Thomæ miraculis, eum in numerum sanctorum refert. Federicus autem in Italiam per montem Cinisium rediens, Secusam dolo captam diruit: Atheses timore percussos in deditione accipit: Alexandriam menses quatuor graui obsidione p̄mens, magnū incōmodum ab erumpentibus accipit. Postea uero pertasus longitudine laborum in die paschalis obsidionem soluens, Papiam uenit: ubi de pace Italiae est actum, interposita potestatis autoritate, quā Veneti cum imperatore Constantinopolitano antea sentientes liber amplexi sunt, ob uiolatum a Græcis ius gentiū, Henricum enim Dandalum ciuem suum legatum ad Emanuelem missum tamdiu candelicia aenea inspicere coegere, quoad oculoꝝ aciem amitteret. Interea uero Almericus Hierosolymitanus rex Cairum obsidens, quamuis spe potiundæ urbis non careret, tamē ingenti pecunia accepta, obsidionem soluit in Ascalonam mouens, quam paulo post re item infecta reliquit, quod cōmēatibus indigeret; quodq; etiam milites fessos diutino & graui labore cerneret. domū autem rediens cum non diu superuixisset, moriens filio Balduino regnum reliquit. Qui et si lepra ac quidem uehementer laborauit, regnum tamen constantissime ac prudentissime gubernauit. Alexander autem pontifex cum iam pacata esse omnia existimaret, Alexandriæ nouæ urbi episcopum dedit, anno salutis nostræ millesimocentesimo septuagesimo quinto. Verum non ita diu Federicus in Italiam cum magnis exercitibus descendens, omnia statim infecta reddidit. Mediolanenses tñ adiuuantibus socijs omnibus, eius copias ita attriueret frequentibus p̄lijs, ut paulum abfuerit quin ipse quoq; impator subfosso eius equo interficeret. Ex Papiensibus autē & Comēnsibus, q̄ impatori fauebāt multū desiderati sunt. Ipsum uero Papiensem episcopū pallij & ferendæ crucis dignitate priuauit pontifex, quia in partes imperatoris declinauerat. Tum uero Federici proceres at birrati id ei accidisse, quod ecclesiam dei persequeret palam, minari se in patriam redituros, omnia tam iniqua militiā, ni prope cum pontifice in gratiā rediret. Dum itaq; pax in Italia tractaretur, in locum Noradini Saracenorū regis demortui, Saladinus uir fortissimus sufficitur: qui rege Aegypti armis capto atq; occiso, Aegyptum statim ac Syriam suo adiecit imperio. In Christianos deinde mouens, nequaquam certe tali fortuna usus est. Nam primo prælio apud Ascalonam, secundo ad Tiberiadem duce Balduino superatur. Comparatis deinde copijs contra Emanuelem in Siciliam profectum exercitum mouet, quem simulata fuga in angustas conualles protrahit superat & capit: eaq; conditione omittit, ut quæ in Asia ceperat, statim dimitteret. Conuenerat iam Venetias Alexander componendæ pacis Italiae causa, eodē & Federicus accedens in uestibus sancti Marci pontificis pedes exosculatur: simul deinde ad altare maius profecti, accepta datq; salute, de foederib; pacis inter se multum diuq; collocuri sunt, quæ postea sequenti die ex sententia confecta est. Abiens deinde imperator cum bona pontificis uentia, Rauennam primo, mox Bertonorum se contulit: quod oppidum cū retinere ob opportunitatē loci instituisset, rogatu Alexandri ecclesiae tandem restituit. Abiens quoq; Venetijs Alexander cū triremibus, XIII. Guilielmi Siculi & IIII. Venetoz; ornato ob bñficiū acceptum eoz; summo magistratu insignibus quibusdā et muneribus, Sipontum

primo uētis delatus, atq; inde Troiā & Beneuentū per Cassinensem saltū Anagninā se cōtulit: ubi non diu immoratus Tusculū petens, de abrogandis COSS. agere cū Romania cepit anteq; pax componeret. Verū quia res in, L. annum protracta tolli difficillime uidere, pacti sunt, ut non prius electi a populo COSS. magistratū inirent, q̄ in uerba potestatis iurarent se ecclesiae Romanæ fidelissimos fore: nihilq; unū militoz; qd̄ dignitati pontificiæ obesset. Hoc itaq; mō rebus cōpositis potestex tertiuū Romā pfectus, p̄deunte obuia gratulationis & honoris causa honoratissimo quoq; conciliū statim in Laterano concelebrat: tū ut mores curiæ iā nimia licētia labefactatos cōponeret, tū uel maxime ut decerneret sub anathematis pœna, ne quis ferrū, ligna arma uel infidelibus et a religione nra alienis importaret. Moriēs hoc fere tpe Emanuel Constantinopolitanus impator, Alexiū filiū hæredē imperij reliquit, Andronico Græco regia p̄genie tutore dato: q̄ alii quot annis imperiū sapienter summa cū fide administrat. Eius quoq; consensu Philippus Franciæ rex Hagnetē filiā adolescenti in matrimoniū locat. Balduinus itē quartus huius nominis Hierosolymitanus, quo rē suā stabiliorē redderet, fororē Sibyllā Guilielmo Montiferrati Marchioni cognomento Longaspata uiro in re militari p̄stantissimo, in uxore collocat: arbitratus si opus esset Guilielmū ipm cū alijs Christianis principib; rei suæ laboranti opē statim allaturū. Interim uero Alexander post longos & assiduos labores, cū iā geturus a tyrannicis prurbationibus uideret, pontificatus sui anno. XXI. die XIX. Romæ moritur, sublati prius ē medio. IIII. schismaticis pontificibus: quoꝝ seditionibus ecclesia Romana fere subuersa est.

LVCIVS .III.

Lucus tertius, natione Tuscus, Luca urbe, gente nobili oriundus, omnium cōsensu eodē tpe pontificatū inijt, quo Andronicus Græcus quem diximus Alexio puillo tutore datū, pulsus Latinis qui puero fauebāt Constantinopolitanū imperiū uirupauit, necato in undis puero, dū laxandī animi causā puo nauigio huc illuc temere dilaberet. Præterea uero ne facinore pram tyrānidē amitteret, facinus haud paruū addidit. Nam p̄ceres oēs quoꝝ uirtutē suspectam habebat breui interfecit. At uero Guilielmo Longaspata Hierosolymis mortuo, Balduinus rex nepoti consulturus Sibyllā nouo marito collocat Guidoni Lusigniano ē Pictauoz; gēte oriūdū, hac tñ lege, ut se mortuo Guido p̄ nepote Balduino quoad pueritiā sup̄gredere, regnū gubernaret: illudq; deinceps nepoti traderet. Agebant hæc omnia Lucij pontificis autoritate, qui ad Christianā rē pu. ptinere arbitrabat, principes Asiæ q̄ maxime inter se bñuolentia et affinitate cōnexos esse, quo facilius Saracenis & Thurcis in bello resisterent, Is tñ ex urbe deiecit, dū fauentibus quibusdā ciuibus Romanis abolere consulum nomē annitit. Fautoribus eius in urbe dephensis effossi oculi sunt. Accepta autē tam insigni contumelia pontifex Veronā pfectus, cōcilio habito, & Romanoz; licentiā ac superbiā improbauit, et principes oēs Christianos adhortatus est, ut nris in Asia pro fide Christi laboratibus succurreret: maxime uero cū seditione principū nostror; hostes freti, duce Saladino Hierosolymitanū agrū popularent. Nam pulso Guidone Lusigniano ab administratiōe regni ob superbiā, Bertrando comite Tripolitano tutore designato, ad arma ciuilia res ipsa spectare uidebat. Non destitit tū pontifex & literis & nuncijs eos adhortari, ut positis simulatibus una mente eodēq; animo tādiu hostibus resisterēt, quoad nouæ copiarum in supplementū militiæ submitterent. Iam em̄ instante Heraclio patriarcha Hierosolymitano, q̄ prius Moeronam eius rei causā ad Lucij uenerat, deinde ad Philippū Franciæ regē accesserat, milites cruce signati ad tantā expeditionē mittebant. Verū Guilielmus Siciliae rex in quo tpe iniurias Latinis ab Andronico Constantinopolitano imperatore illatas ulturus, cum armato exercitu in Græciam traiciens omnia perturbauit, Nam & Thessalonica Macedoniae urbē ui cepit, & multas Græciæ Thraciæq; ciuitates uarijs calamitatibus affectas primū cepit, primū diripuit; nusquā occurrente Andronico, & dñs & ciuibus suis in festo, p̄pterea q̄ multos occiderat, plerosq; exilio danauerat. Hac uero necessitate impulsus & coacti Constantinopolitani ciues Isaac quandam regia p̄genie ortum ē Pelopōneso

CLXXVIII.
pontifex.

ad impium uocant: qui Andronicū p̄lio sup̄atum & captū uarijs cruciatibus interfecit. Quo sublato, Lucio pontifici haud difficile fuisse, Guilielmū regē pace cum Isaac cōposita impellere sollicitationibus & pr̄mijs ut in Asiam traiceret. Vex̄ dū ob hanc rem nunciū ultro citroq̄ mitterentur, Lucius uir optimus pontificatus sui anno quarto, mensē secundo, die decimo octauo Veronā moritur: sepeliturq̄ magna adhibita pompa ante altare cathedralis basilicæ. Hic autē pontifex non immemor patriæ suæ, eam multis muneribus, tum diuinis, tum humanis ante mortem ornat. Ab imperatore enim Federicō quo cum in pace uixit, obtinuit ne Hetrufci alia q̄ moneta Lucensis uerentur, quem admodum Longobardi solam Papiensem admitterent signatā imperatoria nota. Nam cisalpinos iam antea pontifex imperatori conciliauerat. Scribit Ptolomes Lucensis & Petrum comestorem, qui historiam utriusq̄ testamenti conscripsit, & Ioachimū abbatem in Calabria apud monasterium Floris ab eo conditum in precio tum fuisse, doctrina & diuinandi arte, quam sub ambagibus quibusdam pr̄ se ferebat.

Forte Ptolomeus mens.

CLXXIX. p̄li.

VRBANVS .III.

VRbanus tertius, patria mediolanensis, patre Iohanne, ē gente Cribella, pontificatum iniens reuocare ad concordiam Christianos principes primo annū est, ne dissidentes à barbaris opprimerentur. Verum mortuo Balduino quarto lepra laborante, non potuit tripolitanus comes tutor Balduini quinto designatus curam eius suscipere, Sibylla pueri matre Guidoneq̄ Lusigniano prohibentibus. Non usq̄ peruixit diu puer: octauo enim mense post patrē moritur, cuius mortē tamdiu occultauit mater, donec largitionibus ac blanditijs in sententiam suip̄sus deducto patriarcha et proceribus Guidonē creati regē obtinuit. Tulit eam quidē rē grauit̄ & iniquo animo Raymundus tripolitanus comes, atq̄ q̄ ei facili⁹ ulcisci iniurias suas liceret, inducias cum Saladino pacifitur. Hoc itaq̄ modo Tripolis & Tiberiadis & Galilææ principat⁹ à Christianis auulsus est. Raymundo enim comiti tum parebant ob uxore quam nuper duxerat: & ne quid Saladino deesset, occasionem belli gerendi enixe quarenti Montis regalis Christianus princeps, qui ultra Iordanē longe ac late imperitans annonam, & q̄dem abundantē Hierosolymis p̄petuo subministrabat, inducias temere uiolauit. Hæc ob rē Saladinus uenisse tēpus ratus, quod maxime expe tebat, cōparato ingenti pediti atq̄ equitū exercitu, ad Ptolemaidā castra ponēs, cum tēplarijs in præsidio positis acerrime dimicauit. Fuere superiores tēplarij, oprimo tamen quoq̄ de suis occiso, Nam & magister militiæ & pleriq̄ alij consilio ac manu prompti eo prælio cecidere. Auxit exercitū Saladinus, & à calamitate animum sumens, tēplarios magis magisque urget. Hanc ob rē Raymundus haud satis Saladino credens, Tiberiadē uxore relicta, quam firmissimo præsidio munierat Tripolim reuersus, in gratiam cum Guidone rediens, barbarorum inducias contempsit, quare Saladinus belli gerendi occasionem nactus, Ptolemaidā omīsa in Tiberiadē suo iure mouet. Instantibus itaq̄ Christianis omnibus, maxime uero tēplarijs ut exercitus in hostē duceretur, Guido rex in Saladinum mouens, qui loco irriguo & ameno castra posuerat, repulsus ab hoste haud longe castrametatus loco iniquo & arido, sequenti die ad pugnam compellitur, ac magna clade supatur, laborantibus sibi Christianis. In tam uero sinistra pugna capti fere omnes principes sunt, maxime autem Guido rex & tēplariorum magister; quoꝝ de numero multi securi percussī sunt. Hac itaq̄ uictoria potitus Saladinus, Aconē propere duxit: quam statim Christiani dedidit, cum singulis uestimētis abire p̄missi. Eadē quoq̄ fortuna usus Berytum, Byblum ac maritima omnia occupat, soli Ascalonitæ munitionibus sibi responderūt, se non nisi post captā Hierosolymā deditiōnē facturos. Multum certe Saladini hūanitas & fides Christianis obfuit. Nemo em̄ (adeo se æqualē oibus p̄bebat) eius impium asp̄nabatur. Is itaq̄ Ascalonam mouēs decē dierum oppugnationē eā his cōditionibus in deditiōnē accepit, ut reddito Guidone rege et tēplari magistro, quos in uinculis habebat, ciuitatē de dētib⁹ incolis acciperet. Ut hæc autē deditiō q̄primū fieret Saladīn⁹ propabat, q̄ iā Tyrū puenisse Conradum intellexerat Montisferrati marchionē, cum classe ab Isaac imperatore Constantino

posteano accepta, cuius sororē nuper in uxore duxerat, eoq̄ puenturum breui suspicabatur Guilielmum Siciliæ regē cum trirēmbus. XL. At uero Thurci cum intellexissent tanta cum gloria Christianos à Saladino supatos, æmulatione gloriae moti, Laodicæam profecit: urbe recepta, in Antiochenum agrum descēdunt: quo in loco à Christianis tanta clade supati sunt, quantam Saladinus Christianis intulerat. Oppugnabat tū Saladīn⁹ urbē Hierosolymitanam, & quidē acriter: quam tandē ij qui in præsidio erant despatis suppetijs, hæc cōditione dedidit octauo & octogesimo anno, posteaq̄ à Gothifredo capta fuerat, ut tantū abeunti cuiq̄ ferre liceret, quantū suis tantummodō humeris sustinere posset. Migrantium Christianoꝝ pars Tyrum, pars Antiochiam, pars Alexandriā delata est. Inde uero multi deinceps Sicula classe in Italiam delati sunt. Saladinus autē Hierosolymam ingressus, campanas primo ē turribus deiecit, mox basilicas oēs præter Salomonis tēplum prophanauit: quod priusq̄ ingrederetur aqua rosacea lauissē ferunt. Mafere Hierosolymis Christiani Asiatici, Syriani, Armenij, Iacobitæ, Georgiani, Græci p̄mitte Saladinō: q̄ relicto eo loci firmissimo p̄sidio Tyr̄ prope ducit: quam Guilielm⁹ publico cōsilio, auxilioq̄ defendēdam acceptat. Hic itaq̄ Siculæ classis auxilio fretus, Saladinum ab urbe repulit. Vex̄ cum postea cōstaret hominē ferocē Antiochiam oppugnandæ urbis causā profecitū, Urbanus pontifex q̄ omnibus uiribus annixus fuerat ne Hierosolymæ caperent, Venetiæ cōparandæ classis gratia proficiscēs, dolore aī quē ex calamitate Christianoꝝ acceptat, Ferrariæ ī itinere mori, p̄tificat⁹ sui anno, I. mēse, X. die, XXV.

GREGORIVS .VIII.

Gregorius. VIII. patria beneuetanus, summo omnium consensu pontifex creatus, statim nuncios & literas ad principes Christianos mittit, eos cohortatus, ut uiribus omnibus unā secum comparato exercitu, terra mariq̄ Hierosolymā ab hostibus captam recuperarent. Quo uero id liberius fieri liceret, ipse Pisas statim proficiscitur, ut composita inter Pisanos & Genuenses pace, utriq̄ populū bello maritimo præpotentē in sanctam expeditionē concitaret. Verum dum hæc intētiore cura uir sanctissimus agit, Pisis moritur, pontificatus sui die. LVII.

CLEMENS .III.

Clemens tertius patria Romanus, patre Iohanne, cognomento Scholaris, pontificatum iniens statim de bello in Saracenos gerendo edictum proponit. Nam Saladinus secundam uictoriæ fortunam secutus, iam ciuitates quinq̄ & uiginti de principatu antiocheno ceperat: ipsamq̄ Antiochiam corrupto largitionibus patriæ archa deniq̄ occupauerat. Hanc ob rem moti Christiani principes bene admonente pontifice arma sumunt; quorum de numero præcipui fuere Federicus imperator, Philipp⁹ Franciæ, Richardus Angliæ reges, & Orto Burgundiæ dux, subsequētibus multis episcopis archiepiscopisq̄. Veneti quoq̄ & Pisani paratissimas eduxere classes. Venetæ præfuit archiepiscopus Rauennas, Pisana Pisanus præful. Guilielmus autē Siciliæ rex pacato à piratis mari annonam omnifariam ex Sicilia & Apulia proficiscētib⁹ subministrabat. Erisones præterea, Dani & Flādrenses cum quinquaginta trirēmiū classe inter nauigandum ad Africā littora flecētes, Saracenos magnis incommodis afflixere, capta ac direpta Silima eorū urbe. Bela autem Poloniæ rex salutē Christianorū consulēs Vnari pacem dedit, quo omnibus proficisci facilius ad tantam expeditionē liceret. Tyrsiam peruenerant omnes, indeq̄ paribus animis ē Ptolemaidā mouerāt, urbemq̄ oppugnabant, tum superueniente cum magno exercitu Saladino, & à tergo & à fronte eodē tempore contra hostem dimicare necesse fuit. Pugnatū est diu atq̄ acriter, & iā ad Christianos uictoria inclinabat, cum equus ē manibus gregarij cuiusdam elapsus Christianis fugiendū initium fecit, arbitrantibus suos in fugā uersos. Vex̄ Gaisfredus Lusignian⁹ ad custodiā castrorum relicto, eruptione facta & hostes repressit, & suis animum ad resistendum dedit. Constat tū ex Christianis ad duo milia eo die cæsos fuisse. Periere itē ex acceptis uulneribus tēplariorum magister, & Andreas Bremensis comes. Durate autē diuinus obsidione, tanta fame obsidentes oppressi sunt, ut etiam ab hoste annonam peterent,

CLXXX. pontifex.

CLXXXI. ponti.

Quare Saladinus bene gerenda rei opportunitatem nactus, castra rerum omnium copia referta sine ullo custode dimisit: ad quam diripienda cum passim nullo seruato ordine Christiani accurrissent, Saladinus rediens multos incautos et nil tale opinantes opprimit. Non deserere tamen tam grauem & diutinam obsidionem Christiani, licet ad caetera mala, dysenteria quoque in castris laboratum sit: quo quidem morbo & Sibylla Guidonis uxor, & quatuor filij, quos ex ea susceperat in castris perire. Interim uero dum haec in Asia agerentur, Guilielmus Siciliae rex Panhormi moritur: cuius regnum ad ecclesiam recidebat, nullo legitimo haerede relicto: licet insulae proceres Tancredum statim succedere ex Rogerio Normanno, & pellice quadam genitum, hominem certe tanta seueritate, ut eum Guilielmus negaret ex Rogerio genitum, Repetiturus itaque sua iura Clemens pontifex copias eo celeriter misit: quibus dum Tancredus resistit, rapinis & caedibus omnia repleta sunt. Mouerat iam copias suas in hostes Christiani nominis Federicus, & per Vngariam iter faciens Thraciamque, iam Constantinopolim peruenerat: quem certe Isaac imperator eius potentiam ueritus, traicere Bosphorum statim adhortatus est. Transmissis itaque copiis, Federicus instante etiam literis & nuncijs Clemente, & Philomenam urbem de Thracis capite: & agrum Iconio adiacentem populatur, & Armeniam minorem in potestate suam redigit. Verum dum lauandi causa rapidum amnem inexplorato ingreditur, in undis perijt. Tum uero eius exercitus in Antiochenum agrum delatus, partim morbo, partim fuga consumptus est. Philippus autem Richardusque reges, gallico tyrrhenoque pelago Messanam simul delati, uaria fortuna deinceps usi sunt. Nam Philippus prospera nauigatione usus, Ptolemaidem portum attingens, Christianorum exercitum & animos auxit. Richardus uero tempestate in Cyprum delatus, cum a Gracis portu prohiberetur, insulam uero ingressus expugnatam spoliataque firmo suorum communiens praesidio, Ptolemaidem tandem in castra peruenit. Oppugnabatur tum acriter urbs: sed inerat ualidum Saladinum praesidium: quo quidem persaepe erumpente, Christiani magna incommoda recipiebant. At uero Clemens omisso tantisper Tancredo, donec Christiani contra Saracenos dimicantes meliorem fortunam nanciscerentur, ad componendas res ecclesiasticas animum adiecit. Nam & mores clericorum quorundam non satis probatos seueritate sua emendauit, & claustrum sancti Laurentij extra muros aedificauit, & laterani aedem non mediocri impensa restituit: templumque uer miculato ope ac musiuo exornauit. Moriens deinde haud ita multo post pontificatus sui anno tertio, mense, V, in basilica lateranensi sepelitur, ducta ingenti funeris pompa.

CELESTINVS .III.

CLXXXII.
pau.

Celestinus tertius, patria Romanus, patre Petro, cognomento Bubonis, pontificatum adeptus, aegre ferens Tancredum regno Siciliae potiri, Constantiam rege Rogerio nata occulte in monasterio panhormitano eduxit: eamque licet deo dicatam, Henrico sexto Federici Barbarossae filio dispensatione apostolica in matrimonium collocauit: hac conditione ut regnum Siciliae eis & ultra Pharus dotis nomine repeteret, re seruato casu quo pontifici feudatario iure quannis solueret. Hanc autem beneficentiam motus Henricus, Tusculum (quod ipse firmo praesidio muniatur) Celestino reddidit, quod statim Romani pontifici acceptum adeo diripiunt euertereque, ut saxa demolitae urbis in capitolio usque ad multa uetatem in memoriam tantae cladis seruata sint. At uero Henricus & Constantia Neapolim oppugnantes, soluere obsidionem coacti sunt peste exercitum populante. Christiani autem qui biennio Ptolemaidem obsederant, tandem eam dedente praesidio receperunt, his conditionibus, ut & pars dominicae crucis, quam superius amissam diximus a Barbaris redderetur: & eisdem cum singulis uestimentis abire liceret. At uero cum dominicae crucis non reperiretur, multos e barbaris Richardus trucidauit. His itaque malis perturbatus Saladinus desperans, posse reliqua tueri, quarundam urbium moenia demolitus, de reddenda Christianis Hierosolyma cogitauit: quod certe ne faceret, discordia inter Philippum Richardumque orta de principatu inter se contententes effecit. Verum abeunte ex Asia Philippo, simulato interim morbo, Richardus maiori animo rem bellicam de-

inceps aggreditur, eo potissimum tempore quo Conradus Monteferratus Tyri in foro agere, sicarij duo (arsufculus Saraceni uocant) gladijs confodere, deuoti prius ac iurati se hostes omnes sua supplicatione ea ratione interfecturos. Hi autem postea de fuga reraacti, exquissimissimis cruciatibus sunt interempti. Henricus uero Capaniae comes Isabella regina in uxore ducta, Tyri dominatu potiturus est. At Richardus Guidonem Lusignianum blande cum appellando, in eam sibi tadem adduxit, ut sibi regni Hierosolymitani iura pmitteret, quem titulum anglie reges adhuc usurpant. Auictus itaque animo Richardus obsidere Hierosolymam instituerat: uerum in itinere a Saladino extremum agmen carpente uexatus, cum iniquo loco decertare necesse esset, hostem magno suorum incommodo tandem superat. Qui postea non longe a Bethleem munitissimo loco castrametatur: intercipe comeatum instituerat, quo minus ab Aegypto ad Christianos Hierosolymam obsessuros importaretur. Ob hanc itaque causam & ob hyemem quam iam appetebat, Richardus relicta tam necessariae obsidione, ad quam pontifex eum continuo subministratis pecunijs animabat, Acalonam concessit: quam pariter & Gazam a Saladino antea deletas instaurauit. Dilabentibus deinde passim maritimis copijs, Pisani in hadriaticum delati Polam capiunt, eo loci hybernaturi. Hanc ob rem Veneti aucta maiorem in modum sua classe, Pisanos Polam eiciunt, urbemque diripiunt: eos quis in loco psecuturi, nisi Celestinus reipsum. Christianae caues, utrumque populum ad pacem cohortatus fuisset. Instabat iam uer, & mouere copias Hierosolymam Richardus instituerat, cum subito nunciatum est regem Franciae Normanniam eam mente uexare, ut in Angliam traiciens, regnum illud fratri Iohanni acquireret. Mutata itaque sententia Richardus pacem cum Saladino componit his conditionibus, ut sibi omnia praeter Tyrum & Ptolemaidem haberet: reliqua autem quae in potestate Christianorum remanerent, nequaquam uexaret. Idem hoc modo foederibus, Richardus in Europam rediens, ab hostibus capitur. Redemptus autem ingenti pecuniae uide, tandem in Angliam proficiscens, saepe cum rege Franciae decertauit in clamante pontifice, qui suo ac Christianorum omnium iniquo tempore tantum certamen excitasset: maxime uero quod Saladino mortuo tum maxime recuperari Hierosolyma posset. Ferunt Saladinum uiri clarissimi trophaeum hoc in funere habitum. Eius enim interior tunica lancea suspensa ante funus deferabatur praecone clamante, Saladinum Asiae dominatorem, ex tanto regno tantisque opibus nil aliud secum ferre. Dignum sane tanti principis spectaculum, cui nil aliud ad summam laudem de fuit, quam Christi character. Tum uero Saladino mortuo, Celestinus in magnam recuperandae Hierosolymae spem ueniens, Henricum imperatorem qui mortuo Tancredo regnum Siciliae occupauerat, ad bellum asiaticum adhortatur: quod cum ipse obire non posset, eo Maguntinum archiepiscopum & Saxoniae ducem cum magnis copijs prope mittit. Idem quoque fecisset & Franciae rex, nisi Saraceni Mauritaniam incolentes, in ulterioribus Hispaniam traicientes, capto rege Castellae, Beticam omnino cepissent, quae hodie Granata dicitur. Non enim quieturos barbaros Galli arbitrabantur, tanta uictoria elatos, sed illauros bella finitimos. Hanc itaque ob rem militem in Europa retinebant. Germani uero in Asiam traicientes, & Berytum a Saracenis destitutum munuere, & Ioppen obsidione pressam liberauerunt, petiurus deinceps Hierosolymam, nisi Celestino tum mori contigisset pontifice sanctissimo: & qui nil in uita praetermisit, quo terra sancta (ita enim Hierosolymas uocant) recuperaret. In tantis autem perturbationibus rerum, tantoque sumptu bellico aedes egregias, tum apud sanctum Petrum, tum ad Lateranum ualuae aeneae e regione sancta sanctorum suo iussu, suaque impensa fabrefactae. Praeterea uero ciuitatis nomen Viterbio dedit: ecclesiamque eorum cathedralem fecit: Thuscanensem & Centumcellensem ita in eandem transferens, ut unus episcopus omnibus praesset. Moritur autem Celestinus pontificatus sui anno, VI, mense, VII, die, XI, sepeliturque in basilica Petri, bonis omnibus praedolore & desiderio hominis lachrymantibus.

INNOCENTIVS .III.

CLXXXIII.
pontifex.

Innocentius tertius, patria Anagninus, patre Trasimundo e familia comitum, uir etiam ante pontificatum doctrina & moribus insignis, a Celestino in numerum cardinalium refertur: quo mortuo in eius locum omnium consensu pontifex sufficit. Hic autem statim ubi magistratum inijt, bello asiatico animu adijciens, Germanos propter Henrici mortem in Asia tumultuantes retinere in officio literis, nuncijs, praemijs, pollicitationibus conatus est. Verum id quidem frustra tentauit. Germani enim nemini obtemperantes, relicta Asia, in Europam cum maximo Christianorum detrimento traesunt: potissimum uero Ioppensium, in quos omni ope destitutos delati Thurci, Saraceniq; etiam deditionem facturos, uel captos ad unum omnes interfecere, euersa statim a fundamentis urbe, Orta & in Germania seditio non parua est: cum pars electoru Othonem Saxoniae ducem, pars Philippum Germanum Hetruriae ducem, quem Henricus tutorem filij moriens reliquerat, imperatorem optaret. Et ne quid mali ad perturbanda omnia deesset, rex Franciae, Philippo, Othoni rex Angliae fauebat. At uero Innocentius ne tumultu omnia completerentur, Othonem imperatorem confirmat, legitime ab his ad quos pertinebat electum. Non destitit tamen Philippus ob hanc rem, & Hetruriam in Italia, & Sueuiam in Germania firmo praesidio munire. Idem fecit & Constantia Henrici uxor, quae Federici secundi filij sui adhuc pueri Siciliae regnum eis & ultra Pharus, praeter conditionem sexus, ad propulsandam uim hostium constantissime muniuir. In crebescens itaq; hoc modo discordijs, non omittendum bellum Asiaticum Innocentius ratus, sua autoritate & Bonifacium Montisferrati Marchionem, & Balduinum Flaudriae, & Henricum sancti Pauli, & Lodouicum Sabaudiae comites in Saracenos mouit. Hi autem omnes coniunctis copijs Venetias delati, non prius Venetos perpulere classem in Thurcos & Saracenos armare, q̄ polliciti sunt omnes paribus animis laderam, quae iterum ad Vngaros defecerat recuperaturos. Comparata itaq; classe, & Tergestinos mare infestantes compescunt; et laderes post longam obsidionem capiunt. Agebant haec in sinu adriatico, cum Alexius Isaac fratrem imperatorem Constantinopolitanum, quo latini amicissimo usi sunt imperio depulsi, & captum oculis in uincula coniecit. Hac ob rem Alexius adolescens Isaac filius ex fuga in castra perueniens, opem pro patre contra tyrannum petit, quae profecto hac conditione ei concessa est, ut & gratiam ecclesiae Romanae subijceret: & auri marcas, XXX. milia persolueret ob damna, quae olim Emanuel Imperator Venetis Francisq; intulerat. Hoc autem modo ictis foederibus ab ladera mouentes, dum Cretam praeterlabuntur, eam puer Alexius in deditionem accipiens, Bonifacio Montisferrato sibi cognatione coniuncto condonauit. Inde uero Constantinopolim profecti, dum terra mariq; urbem oppugnant, Theodorum Lascari Alexij tyranni generum erumpere conantem intra moenia retrudunt, urbemq; biduo continuata oppugnatione ui capiunt. Aufugerat noctu Alexius, relicto magno auri pondere apud Irenem uirginem deo dicatam. Redeunt itaq; in urbem pater Isaac & filius Alexius non diu superuixere. Pater enim morbo, filius autem ueneno petitus interiit. Interea uero Bonifacius Montisferratus regno Thessalicae potitus, cum pecunia indigeret, suadente Balduino accepta ingenti ui auri, Cretam Venetis dedit. His autem pecunijs fretus Bonifacius Hadrianopolim a tyranno pressam oppugnans, & Valachos olim Romanos uoluptuosiores Danubij ripam incolentes, & Vulgaros uicinos in se exiuit. Multitudinem itaque hostium timens Constantinopolim petit, Soldano Iconij iturus obuiam, qui Sarella urbe Graeca capta, maximis calamitatibus Christianos quotidie uexabat. Innocentius autem tot hostibus undique lacessitus, conquisitum undequaque militem continuo submittebat. Qui ubi accepit Hilminolinum maxima classe in Hispaniam traiecisse, Toletumq; oppugnare, publico edicto omnes qui ferre arma possent, ad extinguendum tantum incendium concitauit. Conuenerant eo multi Galli opem Hispanis allaturis: qui statim in patriam rediere, ubi aduentum suum Hispanis minime gratum sensere. Hanc ob rem Hilminolinus utraq; Hispania incredibili celeritate hostilem in modum peruagatus, Arelatum usq; & Auentionem pueniens, caedibus oia & populatiombus cople-

uit. Hac autem calamitate perciti quatuor Hispaniae reges, Castella, Aragoniae, Portugalliae, & Nauarrae, copijs simul iunctis cum Saraceno congressi maximam uictoria adepti, nil proter Granata Hilminolino reliquere. Oborta tum apud Tolosam haeresis est, quam Innocentio puritate beatus Dnicus, q̄ postea in sanctos relatus est, mira celeritate cōpescuit, ad iuuentate etiam Simone Montforti, non em disceptatiombus uerborum tantum, ueruetiam armis opus fuit: adeo inoleuerat tanta haeresis. Otho interim Romanoru imperator ubiq; a Philippo superatus, cum in Agrippina Colonia obsideret, eruptionemq; infeliciter tetastet, a Coloniesibus excluditur, qui statim Philippo deditionem fecere. Non diu tamen superuixit Philippus: a comite namq; palatino infidijs petitus necatur. Cognita uero huius morte Germani ducem Saxonium imperatorem deligunt, Othonem quintu appellatu: quem Innocentius sequenti anno Romae coronauit. Veneti autem tum maxime rei maritimae studentes, cum obire omnia publice non possent, priuatis etiam ciuibus negotiu dedere, ut quas uel lent infulas occuparent, modo in fide rei pmanerent. Unde multu ciues infulas Ionij & Aegei occuparunt, publice tamen Corcyra, Motoniū, Coronu in suam redegere potestatem. Otho uero, quem diximus, ab Innocentio coronam imperij suscepisse, contra ius fasq; occupatis Montefalcone, Radicophano, multisq; ecclesiae Romanae oppidis, in regnu Neapolitanu mouens, id adolescenti Federico secundo sublaturus, cuius ob aratam cura tutores adhuc gerebant, ira pontificis in se concitauit: a quo & anathemate notatur, & imperij titulis priuatur, cum monitus ut ab iniuria discederet parere desierit. Hac ob rem Boemia rex cum Maguntino & Treuerensi archiepiscopis, Langraui, Turingiae, atq; Austriae duce suadente Federicum secundum Siciliae regem uigessimum agentem annum, Romanorum imperatorem deligunt. Otho itaq; in Germaniam rediens, patre ditioni consulturus, Innocentio recuperandi omnia quae in Italia ceperat facultatem dedit. Veneti autem rebellantem Cretam in fide armis continentes, anno salutis millesimo ducentesimo quarto decimo, eandem in Coloniae formam redegere, missis eo ciuibus qui Cretenses in officio continerent. Venerat tum Romam Federicus secundus coronae gratia: quam ubi ab Innocentio impetrare nequiuisset, in Germaniam profectus regni Germaniae diadema a Maguntino archiepiscopo accipiens, cum Lodouico rege Fraciae amicitia & foederis societatem inijt: qua quidem amicitia Lodouicus ipse fretus, Iohani Angliae regi bellu statim intulit. Veru Iohanes auxilio diuino & humano usurus, Angliam Hiberniamq; Romanae ecclesiae uectigales faciens, centum auri marcas quotannis soluturum se pollicebatur, quod postea aliquandiu seruatum est. Federicus autem Othonem persequens, a Lodouico rege Fraciae graui bello superatum Aquisgranum cepit: ibiq; iterum Innocentij pontificis autoritate fretus, uexillum crucis susculit: laturus (ut ipse dicebat) opem & primum Christianis contra Saracenos in Asia dimicantibus. Praeterea uero ut grati animi signu aliquod pra se ferret, Fundanu comitatu ecclesiae Romanae dono dedit: uel datu antea, & usurpatu deinceps reddidit. At pontifex ubi uideret Saracenoru potentia in Asia coerescere, apud lateranu maxim conciliu celebrat, cui interfuere Hierosolymitanus, Constantinopolitanus patriarcha, metropolitani. LXX. epi quadringenti, duodecim abbates, priores coenuales octingenti, Graeci & Romani imperij legati: regum uero Hierusalem, Fraciae, Hispaniae, Angliae & Cypru oratores. Venere multa tum quidem in consultatione, nec decerni tamen quicq; aperte potuit, q̄ & Pisani & Genuenses maritimo, & cisalpinu terrestri bello inter se certabant. Eo itaq; proficiscens tollenda discordiae causa pontifex Perusij moritur pontificatus sui anno decimo octauo, mense. VII. die. XVI. cuius uita adeo probata fuit, ut post eius mortem nil earu reru quae in uita egerit, laudauerit, improbaueritq; immutatum sit. Na & decreta plerag; retulit, quibus tam laicorū q̄ clericorū mores componerent. Scripsit & libros de sacramento eucharistiae, de sacramento baptismi, de infelicitate conditionis humanae. Habuit ite sermones teporibus & solennibus diebus accommodatos. Improbauit praeterea abbatissas archimilibellu quandam non sanam doctrina p se ferentē. Damnauit & errores Almeri et haeretici, q̄ postea Parisijs cum sectatoribus suis exult est: q̄ ad reliqs errores affirmabat

Dominicus ha
resim apud To
losam compe
scit.

ideas quæ sunt in mente diuina, & creare & creari, cum ex sententia beati Augustini in mente diuina nil nisi æternum & incommutabile sit. Dixerat præterea in charitate constituto nullum peccatum imputari. Iuere autem huius pontificis uirtutem & doctrinam beati Dominici, unde prædicatorum, & Francisci Assisiatensis sanctitas, unde minorum ordo tum originem habuit. Sunt qui scribant & Gratianum compilatorem decreti & Papiam Lombardum, qui uocabula latina in ordinem redegit, tempore Innocentij fuisse. De Papia non ambigitur: Gratianum Alexandri tertij pontificis temporibus quidam asserunt. Et ne existimes Innocentium opera pietatis in tanto pontificatu prætermisisse, sci to eius opera & impensa hospitale sancti spiritus conditum fuisse, auctumque ab eo magnis prouentibus: quibus & peregrini & aegroti & uulgo concepti ac orphani alerent. Ornauit & altare sancti Petri opere uermiculato, ut eius imago et literæ in fornice ipso scriptæ indicant. Vniuersis præterea urbis Romæ ecclesijs libram argenti dedit, unde calices sacrificandi gratia conficerentur. Restituit & beati Sixti ecclesiam iam uetustate colabant. Hoc ideo factum ab eo maledici dicebant, ne omnem impensam in turrim quandam nunc comitum appellatam cognomento familia suæ transulisse uideretur. Vt cumque est, constat eum in quouis genere uitæ probatissimum fuisse, dignumque qui inter sanctos pontifices censeatur.

HONORIVS .III.

Honorius tertius, patria Romanus, patre Americo omnium suffragijs pontifex creatur, ad quem Petrus imperator Constantinopolitanus cum Iole uxore ueniens, in basilica sancti Laurentij extra muros coronatur, deligiturque statim Iohannes Columna cardinalis Romanus, qui legatus ad res Asiæ componendas cum ijs copijs proficisceretur, quas Innocentius ad eam rem collegerat. Peruenient iam Aconem Christiani proceres Honorio hortante: maxime uero Andreas Ungariæ rex Venetorum nauigio fretus, quibus ob tantum beneficium ius omne concessit, quod in Dalmatia dux Austriæ habuerat. Andream quoque secuti sunt & Henricus comes Niuernensis, & Gualtherius regis Franciæ camerarius. Hi autem omnes inito consilio cum Iohanne Hierosolymitano rege, Damyatam Aegypti urbem obsidere instituerent, anno salutis millesimo ducentesimo ac decimo octauo, mense Maij eo proficiscunt. Aeliopolis hæc urbs quondam appellata est, ab Aelio Pertinace qui eam triplici muro circumdedit, deducta Nilij particula, quæ urbem in insula formam redigeret. Suburbia habebat circumquaque posita plena mercimonijs, hæc primo miles diripuit. Verum cum postea flatibus zephyris Nilus in immensum creuisset, corrupta annona, laborare inopia rerum Christiani tunc cœpere, præcipue autem obsidente aditus Soldano, ne quid importaretur, qui non longe à Nilij castra posuerat. Hac itaque difficultate rerum moti Christiani in Soldanum copias mouerunt. Is autem terrore percussus, relictis castris rerum omnium copijs refertis, nostris obsidendi urbem quam liberaturus uenerat, facultatem præstitit. Cordirius autem magni Soldani filius Hierosolymam retinendam spem abiiciens, si Damyata Christiani poterantur, dirupto urbis muro, turrim David & templum domini tantummodo integrum reliquit: nec sepulchrum Christi uiolauit, motus (ut aiunt) illorum Christianorum precibus qui ea loca incolebant. Dum nostri autem Damyatam acriter oppugnant, Soldanus cum maioribus copijs rediens inter Cairum & Damyatam castra posuit, nec unquam elici ad certamen conuicio aut maledicto potuit. Hac uero indignitate moti Galli sine ordine in eos ruentes magnum incommodum ab erumpentibus acceperunt, non tam ob sidio Damyatæ relicta est: quæ tandem mense decimo quinto à Christianis capitur, direpta militem ingenti præda locupletauit. Interim uero Honorius Romæ & ordinem beati Dominici ipso instante confirmat, & Federicum secundum anathemate notatum imperatorem Romam ueniens, contra ius fasque ditionem pontificiam uexabat. Hanc igitur ob rem motus Soldanus, quod de inimicitia pontificis & imperatoris ei constabat, maiorem quam nunquam antea comparauit exercitum, arbitratus Christianos nusquam apparituros, qui

Hospitale sancti spiritus conditum.

CLXXXIII. pontifex.

Ordo Dominici confirmatur.

statim suadente Iohanne Columna cardinali Romano sumptis armis hosti ad Nilum obuiam fiunt. Is uero timore simulans, ne à loco in quo confederant abirent, Nilij excessentiam expectauit. quæ paulo post apertis undique ipsius fluminis catarractis, ita omnia inundauit, ut cubitum quouis in loco excederet. Hoc autem malo perterriti Christiani, pacem statim hac conditione iniere, ut Damyata relicta, captiuis utrinque dimissis reddito à barbaris crucis ligno Christianis, Aconem Tyrumque redire liceret. Damyata itaque in celeberrime purificationis beata uirginis à Christianis prius habitari cœpta, in eiusdem natali die Barbaris tunc ex fœdere reddita est, anno salutis millesimo ducentesimo & uigesimo primo. Quo quidem anno Tartari gens Scythica: uel (ut alij uolunt) à montibus Indiæ digressa, uastata Parthia, Media, Persia, Assyria, Armenia, in Sarmatas tandem peruenit: atque non longe à Meotidos palude concedentibus accolis sedes posuit. Christianorum autem duces cum moliri in Asia nil posse uiderent, obstantibus hostibus cum Iohanne Columna in Italiam redeunt, quos subsequens Iohannes Hierosolymitanus rex cum Romam uenisset, pbenigne magnis donatus muneribus ab Honorio suscipitur. Federico deinde quem diximus anathemate pontificis notatum, filiam ex Iole uxore susceptam, in matrimonium locat, eique ius illud condonat dotis nomine, quod sibi hæreditario iure in regno Hierosolymitano cõpetebat. Hinc est quod omnes Siciliae Neapolitanique reges, titulum Hierosolymitani regni uerbis, non etiam armis sibi uindictant. Iohannes deinde in Franciam proficiscens, meliore certe fortuna quam antea usus est. Nam Philippus rex Franciæ moriens ei ex testamento quadraginta milia librarum argenti, totidemque magistro templi Hierosolymitani reliquit: quo adminiculo fretus in Hispaniam proficiscens, ad persolendum uotum beato Iacobo promissum, Berengariam regis Hispaniæ sororem in uxorem accipit: eo præsertim anno quo Dominicus uir sanctissimus Bononiæ moritur, quoque Federicus Henricum filium decennem adhuc Alemaniæ regem promulgat. Honorius autem satis à rebus externis quietus, & ecclesiam sancti Laurentij extra muros, & basilicam sancti actorij, & ecclesiam sanctæ Viuianæ restituit. Aedes præterea Casæ Marij ædificauit: semihornicem, & Cyborium beati Petri miris operis exornauit. Decretales quoque epistolas compilauit. Ordinem beati Francisci comprobauit, quæ biennio post Gregorius in catalogum sanctorum retulit. Hoc autem modo Honorius bene ac beate uitam ducens, ut bonum pastorem decebat anno pontificatus sui decimo, mense septimo, die decimotertio moritur, sepeliturque in basilica sanctæ Mariæ maioris ad Præsepe. Post cuius mortem tanti terræ motus repete exorti sunt, ut in montibus Saluijs ad quinque milia hominum perisse constat, cadentibus domibus, saxisque ex cacuminibus montium inhabitatas conualles passim ruentibus.

GREGORIVS .IX.

Gregorius nonus, natione Hænicus, patria Anagninus, è familia comitum, Innocentij tertij nepos, apud Septizodium pontifex creatus, Federicum statim mouit sub anathematis poena, ut primo quoque tempore in Asiam cum exercitu proficisceret recuperandæ Hierosolymæ causa. Promisit quidem Federicus se id facit: atque omnibus cruce signatis mandauit ut Brundisij ad certam diem cum armis adessent. Venerat eò magna multitudo, præcipue uero è Germania Lantgrauius Hassiæ, qui Brundisij unam cum magna parte militum moritur, dum Federicus ægritudine simulans, in Sicilia se continet. Hæc autem fraus ita aperte deprehensa est, ut constet ipsum Federicum cognita Lantgrauij morte, eò celerissime ad nauigasse, omnemque eius suppellectilem diripiisse: non destitit tamen fingere sibi in animo esse in Asiam traicere. Eò enim post rapinam nauigationem direxit, omnibus qui tum aderant subsequi iussis, licet non ita multo post (ut ipse dicebat) procellis agitatus Brundisium redierit. Hac autem famam percitus Iohannes rex Hierosolymitanus cum Berengaria uxore pontifici rem gratam facturum Bononiam uenit, Venetorum nauigio in Asiam traieciturus. Verum pontifex cognita Federici fraude, ne Iohanni re infecta abire liceret, eum & hexarchatus Romanensis gubernatorem instituit: & Honorij tertij sententiam in Federicum latam con-

CLXXXV pontifex.

firmavit. Grauiorâq; in eum molitus fuisset, ni Maurorum impetû reformidasset clâse tum potentium, quos tandem Ferdinâdus Aragonum rex tâta clade superauit, ut breui Maiorica insula unâ ex Balearibus, & Valêtia urbe potius sit, pulsis Saracenis, incolas locorum suscipere Christianos ritus impulerit. Nauigauit tandem Federicus amicorum precibus, & minis pontificis fessus in Cyprum usq; ut Christianis in Asia bellantibus, quos sæpe deceperat aliquam spem daret. At uero dñi inde Soldani uires explorat, Rainaldus eius præfectus, quem in Sicilia dimiserat, in pontificem mouens multa Picetini agri oppida occupat. Erat tum Perusij pontifex Afissimum petiturus, ut quæ de Frâncisco uiro sanctissimo miracula audierat, præfens cognosceret. Quam ob rē eâ re (quæ admodum audierat) comperta, in sanctorum numerum statim retulit, magno Christianorum conuentu ob eam rem habito. Dum hæc à pontifice agerentur, alter Federici satellites Fulgineum per factionem occupat; unde paulo post armis bene cū ecclesia dei sententiam depellitur. Instabat literis et nuncijs Federicus Aconem iam profectus, ut à pontifice absolueretur, quod diceret se deinceps in eius potestate futurum. Verum pontifex cognita hominis fraude, & Christianos milites in Asia dimicantes admonet, ut sibi à Federici insidijs caueant, aliquid noui semper machinantis in hominum perniciem: & Iohannē Hierosolymitanum regem comparato exercitu in Rainaldum mittit, Picentium agrum rapinis & incendijs uexantem. Alijs uero copijs quibus cardinalem Columnam præfecerat è sancto Germano præfectum Federici deiciens, cum Saracenis mercede conductis omnia ab eo saltu Capuam usq; pertinentia, in deditiōem breui recepit. Hac uero calamitate moti, qui in Umbria & Picentibus Federici nomine militabant, relictis quæ occupauerant in regnum trepide redeunt. Interim uero Federicus Brundisium rediens pacis admodum cupidus, ultro pontificem rogat, ut in gratiam recipiatur, imperatorq; appellatur, ac pro regno Siciliae uerus ecclesiæ feudatarius. Quod quidem non prius impetrauit, quâ uncias auri centum & uiginti milia ecclesiæ Romanæ ob illatâ dâna persoluisse, ipsiq; pro ea re supplicatum ad pontificem Anagninam uenisset. Cum autem Gregorius ad omnia intētus (ut bonum pastorem decebat) Perusinarum res ab exulibus perturbatas, eò profectus componere studiosus esset, statim Romæ tanta seditiō orta est & hæresis, quanta nunquam antea; Hannibale ex gēte hannibala cum quibusdam sacerdotibus male sentiente, quo quidem autore populus Romanus usus in ecclesiâ dei coniuauerat, sed hunc diuina ultio cito compescuit. Nam & Tiberis supra modum inundans multa damna mortalibus intulit; et tanta peste laboratum est, ut decimus quisq; uix superferret. Pontifex tamen mira clementia usus, Romam ueniens populo Romano ignouit, pulso è senatorio ordine Hannibale, conuictis de hæresi sacerdotibus errorem falsis, ac sanioem opinionem subire iussis. Ad ornandam uero urbē deinde cōuersus, & ueteres cloacas eliminatas restituit, & nouas extruxit, urbis dignitati & ualutidini uno tempore cōsulens. Ab urbe deinde abiens ualutidinis gratia, & Reate (ut qui dam uolunt) beatum Dominicum principē ordinis prædicatorum, & Spoleti Antonium Vlyxibona oriundum Patauij mortuum, secundum à Francisco ordinis minorum autorem in sanctos retulit. Anagninam deinde rediens omnia circūquaq; posita munuit, Romanorum contumaciam ueritus; quorum senator more ueterum legem rogauerat, populusq; sciuerat, ut omnia oppida circa urbem posita Romanis uectigal penderent; nō est tamen ueritus pontifex dissuadentibus cardinalibus Romam proficisci, quo Romanos ad sanitatem reduceret, tum monēdo, tum castigando. Verum cum nihil proficeret, Reate se contulit, quo & Federicus imperator. Collocuti simul de rebus agendis, in hæc statim sententiam uenerunt, ut primo quoq; tempore Romanos coniunctis copijs adirentur. Decepit tum quidē pontifex, et antea semper, Federicus. Namq; in Germaniâ abiens militibus suis mandauit, ut Romanis rebus in omnibus obtemperarent. Hac itaq; perfidia pontifex motus, Germanis militibus ad castra sua obfugientibus magnum præposuit præmiū, qua re tanta multitudo cōfluxit, ut postea Romani aperto Marte cū ecclesiæ copijs cōgredi nusq; sint ausi, Recupato igitur & patrimonio sancti Petri & agro

Pontifex ab
imperatore de
ceptus.

Sabino spretisq; Soldani legatis, qui suppliciter pacem petebant, multos ex Francisci & Dominici fratribus per Europam misit, qui prædicatione Christianos ad arma cōtra Saracenos concitarent; quorum opera tanta multitudo militum breui comparata est, quâta nunquam antea. Interim uero dum tanto exercitui dux idoneus quaereretur, Elisabeth regis Vngariæ filiam, mulierem optimam, ac miraculis claram pontifex in sanctas retulit. Theobaldus autē Nauarræ rex, & Americus Montifortis, Henricusq; Bari ac Campaniæ comes iter per Germaniam & Vngariam cum magnis copijs facientes, Constantinopolim primo, mox traiecto Bosphoro Ptolæmaidam peruenere, longe ac late omnia populates. Verum non ita multo post superueniente magna hostium multitudine, cū se cadendo biduo defendissent, cum oprimo quoq; milite cadunt. Atq; hoc modo exeditio magno conatu inchoata, breui residit imperitia ducum. Pontifex autem tantam calamitatem ægreferens, Romam persuadentibus Romanis & obsecrâtib; redire instituerat, faciendarum supplicationum causa ad placandam dei iram, siquâ ex peccatis hominum conceperat. Quo minus autem id faceret uetitus à Petro Fregepane, qui partes imperatoris sequebatur, Perusia Viterbium se contulit, iturus contra imperatorem armato milite; quem intellexerat transpadanam Italiâ iam tū attigisse, ac cōtra ius fasq; socias ciuitates oppugnare iam fessas calamitate, alia super aliam ab Ecelino Patauino tyranno accepta. Ecelinus enim cognomēto Romano, cuius auus Theutonicus sub Orthone tertio in Italia ordines duxerat, copias à Federico secundo accipiens, magnam tyrannidem in transpadana Italia sibi comparauit, redactis in potestatem suam Taruisio, Patauio, Vincentia, Verona, Brixia. Federicus itaq; aui fœdera nequaquam obseruans, Mediolanenses & socias ciuitates apud nouam Curtem (ita enim locus ubi pugnatū est appellabatur) ingenti clade superatos trucidat. Hanc ob rem pontifex omnia deinceps speribene gerendâ, ob illatum socijs incōmodum redire ad urbem instituit, Iohannē Cincio urbis senatore contradicente; cuius audaciam Iacobus Cappocius Romanus cuius in fringens, pontificem magnifice ac splendide suscepit. Hic est ille Iacobus, cuius nomen adhuc legitur in tabernaculo opere musico sua impensa extructo in sancta Maria ad Præsepē, qua in basilica Petrus quoq; Cappocius sepultus est sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, qui Federicum imperatorem schismaticum persecutus est, quicq; et hospitale sancti Antonij non longe ab eadem basilica & Perusij gymnasium (quod Sapientiâ uocat) sua impensa extruxit. Gregorius autē pacata urbe, & Federicum iterū anathemate notat, ac imperio priuat, & legatos Genuensium ac Venetorum iam ad arma spectantium componendâ rei causa ad se uocat; hisq; rationibus inter utrunq; populum fœdera cōponit, ne alter sine altero cum imperatore Constantinopolitano fœdus ineat, utq; bella gerenda utriq; communia essent, & signa utriusq; uicissim ferrent. Illis autem qui fœdera hæc in nonum inita annum rupissent, interdictum sibi à sacris anathematis uinculo sci rent. Balduinus autem qui mortuo Iohanne biennio Constantinopolitanum tulerat imperium, cum ægre se ab hostibus inopia ætarij tutaretur, & filium pignori mercatoribus Venetis ob æs mutuo acceptum dedit; & ex adibus sacris ablatum plumbum, ac itē lanceam illam spongiamq; qua Christus saluator noster hinc potus est, hinc uulnus accepit; Venetis pecuniosis uēdidit. Federicus autem Venetis admodum insensus, qd Gregorii partes tuerentur, eos tum paludibus conclusos uehementer oppressit, ac maximis calamitatibus afflixit. Interim uero conspirantibus omnibus transpadanis ciuitatibus, duce Gregorio Montelongo, Bononiensis ciuitatis legato Ferraria, quæ ab ecclesia Romana ad imperatorem defecerat capitur, Salinguerra uiro fortissimo eam accerrime aliquod diu defendente. Capta autē Azoni Estensi, qui bello interfuerat ecclesiæ nomine gubernanda committitur, salutis nostræ anno millesimo ducentesimo ac quadragesimo. At uero imperator qui tum Pisis erat, cum non satis sibi constaret, qui partes suas, qui ue pontificis sequeretur, ciuitates Italiæ in duas factiones tum primum diuisit, Nam qui pontifici fauebant Guelphi, qui ue imperatori Gibellini appellati sunt. Hæc quidem terribilium factionum nomina ad perniciem humani generis inuenta, primum apud Pisto-

Elisabetre-
gis Vngariæ
filia.

Guelphi &
Gibellini.

rienses audita sunt, cum cæcellarij Panzaticos Gibellinos ab urbe eiecissent, cūq; alteri factioni Guelph, alteri Gibel Theunonici fratres fauerēt, unde tantæ pniciei nomina indicta sunt. Florentini præterea nobiles suos Pisânis Gibellinatū partium fauentes in exiliū eiciunt. Pellūt & Guelphos uicissim ab urbe sua Aretini & Senenses, quoz; ex epla multæ ciuitates Italiæ fecerūt, bella plusq; ciuilia in se cōmiserē. Hinc multæ ciuitates a pontifice desciuere, tū in Vmbria, tū in Hetruria, p̄cipue autē Viterbienes. Defecissent etiā Romani ciues, ni pontifex delatis per urbē supplicando apostolorū capitibus, populū ad cōmiserationem mouisset, habita etiā in basilica sancti Petri ofone dignissima; quatumultuantes ita in sententiam suam traxit, ut eos impulerit pro ecclesia de cruce & arma suscipere. Hi postea uenientem hostili agmine ad urbis moenia Federicum armis submouere, qui indignabundus captiuum quenq; uarijs cruciatibus necans, in Samnium concessit; Beneuentum uī caprum diripuit; ac moenia circumquaq; euertit. Iterum autem ad urbem rediens uia latīna hostili animo Cassinense monasteriū spoliat, eiecit inde monachis. Soramq; quondam Samnitium ciuitatem ad Liris fluuij caput sitam, ferro flammāq; uastat. Templariorum bona ubiq; diripit. Saracenos uero adeo dilexit, ut eorum opera præ cæteris in bello uteretur, magistratusq; eis ac propriam urbem cōcesserit, quæ nostris quoq; temporibus Nuceria Saracenorum uocat. Fratrē præterea regis Tunisiq; Panhormi baptismum petentem, ne id faceret uerbis deteruit. Rauennam autē repentino incurſu petitam, in potestatem suam redegit. Hanc ob rē Gregorius conciliū apud Lateranum indixit, in quo de abrogando Federico ratio haberēt. Verū Federicus terra mariq; uias præclufit, & quosdam cardinales ac prælatos de uia & nauigatione capros, adiuuantibus Pisânis in carcerem coniecit. Qua ex re tantum dolorem Gregorius cepit ut non diu superuixerit. Moritur enim pontificatus sui anno quartodecimo, mensē tertio, cum paulo antē solis eclipsis tanta apparuisset, quanta nunq; antea. Raymundū autem Barchinonensem quo adiutore in compilado libro decretalium Gregorius usus est, ita quidam tum laudant, ut maiori commendatione laudari nemo possit.

CELESTINVS .IIII.

Celestinus quartus, patria Mediolanensis, è familia Castillonum, episcopus Sabbinus, uita & doctrina insignis, senex admodum & ualetudinarius in locū Gregorij successus, decimo octauo pontificatus sui die moriēs, in basilica Petri sepe litur magno sui desiderio relicto, quod homines sperabant se eius pontificatu felices futuros. Vacat tum sedes uno & uiginti mensibus, Censuere enim qui tū autoritate in ecclesia dei ualebāt, neminem in pontificem eligendum esse, donec cardinales à Federico in carcere detinerentur. Interim uero sede uacante, Federicus agrum Picenum percursus in Flaminiam usq; Fuentiam & Bononiam aliquantulum resistente uī occupat, scholamq; Bononiensem, quibus admodū inſensus erat tum primū Patauiū trāffert. Omnes præterea quos fautores ecclesiæ intellexerat, uarijs calamitatibus afficit. Balduinus autem Constantinopolitanus imperator omiſsa spe omni bene gerendæ rei in Asia cum Raymundo Tolofano comite in Italiam ueniens, tantum precibus ualuit & autoritate apud Federicum, qui tum Parmæ erat, ut cardinales captiuos aliosq; ecclesiasticos incolumes dimitteret. Qui non ita multo post Anagninæ conuentu habito, de creādo nouo pontifice rationem habuere.

INNOCENTIVS .IIII.

Innocentius quartus, Synebalduſ ante uocatus, patria Genuensis, familia Flisca, è Lauanæ comitibus Anagninæ pōtifex creatur, quo nuncio Federicus imperator nō admodum delectatus est. Norat enim hominis uirtutem magnitudinēq; animi. Antea namq; simul familiariter aliquandiu uixerant, & ob eam rem uerebatur, ne à se anteaq; uita rationem exposceret. Quare congratulantibus amicis dixisse ferunt, Synebalduſ cardinale ex amico optimo in hostem acerrimum ob pontificatum mutatum esse. Innocentius autem pontificium habitum indutus, Romam ueniens prodeunte obuiam honorato quoq; magno omniū applausu suscipitur; qui statim peractis quæ

de more in consecrandis, coronandisq; pontificibus fieri consueuerunt, de pace cum Federico in eūda mentionem facit, Balduino ad rem conficiendam autoritatem suam interponente. In longum uero protracta res, quatuor mensium tempus inſumpſit, conuentumq; inter eos tandem ut pontifex ciuitatem Castellanam petens, eo loci imperatorem opperiretur, secum de componendis rebus sermonem habiturum. Verum cum Innocentius paratas sibi à Federico insidias, tum Romæ, tum in itinere certo indice cōperisset, Genuensium nauigio fretus, qđ apud Cêrumcellas in portu cōfederat, in Fraciam proficiscens secunda nauigatione usus, Lugdunum peruenit, ab omnibus benigne & comiter susceptus. Concilio deinde eo loci indicto, anno salutis .MCCXLVI. literis, nuncijs, præcone postremo imperatorem ad se citat, proposita poena ni dicto obtemperet. Imperator autē Sinuessanum quendam iureconsultum eō mittens, nihil aliud præter dilationem temporis à pontifice petens, iturum se breui pollicetur. Datum est tempus quo id fieri deberet. Verum cum Federicus fallendi arte callidus, occasione calāniandi & opprimendi Innocentiū quæreret, omnium cōsensu imperio & regnis priuatur. Hanc ob rem Federicus ira incensus, ædes ac uillas cognatorum quorundam Innocentiū, qui eius monitu Parma ubi fundos habebant Placentiam commigrauerant, dirui iussit. Inito deinde foedere cum dūce Burgundia, proficisci Lugdunum instituit parato ingenti comitatu. Peruenerat iam quidem ad Taurinos, cum ei nunciatum est Parmenses exules, superatis ad Tarum fluuium ciuibus suis, urbem uī ingressos maximam cædem edidisse. Hanc ob rem Federicus omiſso itinere quod cœperat, conuocatis ex tota Italia copijs suis, quæ ad sexaginta milia hominum fuisse constat, obsidit Parmam instituit, ad quam tuendam magna profecto ciuitatum sociarum cum legato apostolico auxilia cōuenenerant. Is autem biennio constanti animo obsidionem passus, tandem erumpens, Federicum nil tale metuētē fundit fugatq; eumq; castris rerum omnium copia refertis spoliat. In urbis enim modum castra uallo ac fossa Federicus ipse hac mente munierat, ut directa & euerſa Parma, in quam magnum conceperat odium, eo loci ubi statua habuerat, nūmosq; conſtat Victorinos appellatos, Victoriā urbē conderet. Sunt qui ferunt Federicum ea clade & coronam maximi pretij, & uasa aurea magni ponderis amississe, ægreq; ex tanta calamitate ad Cremonenses confugisse; quorum tū urbē intrare nequaquā ausus est, qđ multi ex Cremonensibus cū Federico militantibus eo plio ceciderāt. At uero Innocentius ubi intellexit Federicū tanta clade infractū, animo uoluptatibus se dedisse extructis amoenissimis hortis, in eisq; incluso cum spadonibus suis, pulcherimarū mulierū agmine hoīs sorte miseratus, omiſso concilio legatos per Franciā & alias puincias misit, qđ populis suaderent militiā Christi suscipere, Lodouicumq; regē Franciæ seq; in Asia trāscere properantē, id em se factū; Lodouic⁹ dū graui ualetudini cruciaret pollicitus est, & uouit. Impedire tū hanc expeditionē nō nihil uisi sunt Tartari, qui agmine bipartito Europam tum & Asiam inuaserant. Nā qui Asiam petiere Georgianam, superioremq; Armeniam peruagati Iconium usq; Turcoz; regiā puenerē. Alia uero manus Batone duce Poloniam & Vngariam populati, ad mare ponticum deflexere; ubi Russiam siue Rutheniā & Gazam amplissimas regiones uastarunt. Eodē quoq; tempore Grosſoniū gens Arabica Soldano Babilōis impellente, templarios aggressi eos fundunt; ac Hierosolymam facile, capiunt moenibus carentem. Christianos qui tū in ea erant trucidant. Sepulchrū Christi quis gñe turpitudinis foedant. Hanc ob rē motus in nocētius, Lodouicū regē accelerare iter in Asiam cohortat cū eo exercitu, quē ad eā cōparauerat. In Cypro hyemare ei necesse fuit, quia eō iniquo anni tēpore puenerat. Verē autē appetente Damyatā contendens, & classem Soldani repulit, & pugnatē in littorē terrestres hostiū copias supat. ibiq; statua tamdiu habuit, donec ab Italia reliquæ copię subsequerent. Quo minus autē ex Italia eō miles proficiscerēt Federici rabies effecit, qui à libidinibus qbus aliquandiu immerſus fuerat ad arma conuersus, totā prouinciā tumultu cōpleuerat, impuleratq; qualdā ciuitates studio ptiū à pontifice deciscere, maxime uero Foroliuenses, Ariminēses, Vrbinateſ, ac totū Picenū. In Vmbria præterea defecerāt

Solis eclipsis
ante mortem
Gregorij.
CLXXXVI.
pontifex.

CLXXXVII
pontif.

omnes præter Tudertinos, Perusinos, Assisianos. Soli autem Florentini in Hetruria pontificem sequebantur, quos certe adeo bello Federic^o uexauit, ut tandè eos coegerit Guelphos conciuēs suos ab urbe pellere. Bononienſes uero cum Henrico Federici præfecto pugnare auſi, hominem uincunt & obruncant. Sunt autem qui ſcribāt Federicum hoc tempore, dum in Siciliam traicit Panhormi mortuum. Alij uero affirmant eum in Apulia graui morbo laboraſſe, & iam conualeſcentem à Manfredi filio adolescente ex nobili concubina ſuſcepto, compreſſo ui ore mori coactum. Illud certe conſtat, Federicū paulo ante mortem Manfredi quem Tarentinis principem dederat, multa etiam oppida præter ipſum principatum dediſſe; Conradum uero ex Iole Iohannis Hieroſolymitani regis filia ſuſceptum, hæredem rerum omnium reliquiſſe, quem poſtea Manfredi opa ueneno petiit conſtat, cum tamen prius Neapolim & Aquinum ui captum diripiſſet, obſtante pontifice, & fruſtra reclamante; qui pacem Italiae ac mente quærebatur, ut ei traſmittere militem Italum ad Lodouicum iam Damyatam oppugnante liceret. Verum capta Damyata, cum Robertus Picſtauieniſis comes nouas ex Gallia copias traieciſſet, Damyata mouens ad Pharamiam urbem exercitum mouet, quò Soldanus cum magnis copijs id ueritus iam peruenerat. Fluuius certe duos exercitus dirimebat, qua ex re factū eſt, ut nunq̄ collatis ſignis ad ſummam dimicationem uentum ſit. Leuia interdum committebantur prælia, utroq; exercitu caſtra ſua tuente. Robertus tamen maiora auſus, cū temere progredereſſet, ab hoſtibus capitur. At uero Innocentius incēdijs bellorum iam pene in Italia extinctis, ad urbem redire inſtituit, redacto tamen prius in ſanctorum numerum Hedimundo confeſſore Cantuarienſi epiſcopo. Cum uero Peruſiam iam perueniſſet, Romam conſulto declinans ob ſenatoriā poteſtatem, quæ nimia ei ac curiæ Romanæ uidebatur, Petrum Veronenſem ordinis prædicatorum ab hæreticis Mediolanſi & Gomum inter cæſum, in ſanctos Chriſti martyres retulit. Idem fecit de ſancto Stanilaſo Cracouienſi epiſcopo, qui in uita miraculis claruit. Accerſit^o deinde à proceribus regi Siculi, Neapolim nuper inſtauratam ſtatim proſciſcitur: ibiq; moritur, ac ſepelitur in eccleſia ſancti Laurentij, pōſtſecutus ſui anno undecimo, menſe ſexto, die duodecimo, dum breui ſe toto regno potiſſimum arbitratur. Ipſius autem Innocentij uiri optimi decretum fuit, ut octaua natiuitatis beatæ Mariæ uirginis in eccleſia dei quotannis celebra retur. Idem uero bono conſilio uſus, cardinalium ſedes iam pridem uacuas optimo quoq; in collegium cooptrato repleuit, ſtatutiq; ut cardinales equo in publicum uecti galero rubeo uterentur, honeſtandi ordinis cauſa. Multa quoq; uir doctiſſimus in tanto rerum ſaſtigio collocatus, edidit & compilauit. Apparatus namq; decretalium compoſuit, quo ipſi canonice plurimum utuntur. Continent enim diſputationes quaſdam, quæ re ipſam mirifice aperiunt. Edidit & alium in concilijs approbatum, quem Hoſtienſis in ſumma ſua Autenticas uocat. Scripſit & librum de iuriſdictione imperij & autoritate pontificis, contra Petrum quendam cognomento uineam, qui imperij & aliarum rerum omnium arbitrium imperatori tantum aſcribebat. Hunc librum poſtea Innocentius apologeticè uocauit. Doctorem quoq; uirorum familiaritate mirifice delectatus eſt; quos etiam ad dignitatis gradum uexit. Hugonem enim uita & doctrina inſignem ſanctæ Sabinæ cardinalem promulgauiſſe, qui ob dignitatem acceptam à priore uita nuſq; deceſſit, ordinis ſancti Dominici prius habebatur. Scripſit idē Hugo & gloſſas in bibliam & concordantias, ut iſtorum uocabulo utar. Huius quoq; pontificis tēpore & mandato, Alexander ordinis minorum frater, qui iam grandis natu religionē ingreſſus fuerat, ſummam in theologiam ſcripſit admodum copioſam. Edidit & libros ſuo tēpore in decretales, quos apparatus uocarunt, Bernardus Parmenſis, & Compoſtellanus uiri doctiſſimi, ad hæc laudem diligentia & benignitate Innocentij excitati, Pontificis uero nepos Guilielmus paruum non multo poſt ſequitur, cuius quidem ſepulchrum in ſancto Laurētio extra muros adhuc cernitur.

Cardinales in
beo galero u-
tuntur.

CLXXXIII
pontifex.

ALEXANDER .IIII.

Alexander quartus, natione Campanus (nam Hernicos olim, nunc Capanos uocant) patria anagninus, in locum Innocentij ſuſſectus, Manfredum ſtatim admonet, ne quicq̄ contra dignitatem eccleſiæ moliat, qui accerſitus à Nuceria Saracenis, copias eccleſiæ nil tale metuentes apud ſollam aggreſſus, partim occidit, partim cepit, iam pridè animos regios gerens mortuus (ut ipſe ſe fingebat) Coradinum, cuius ſe hæredem merito futurum dicebat. Chriſtiani autem quos diximus ad Pharamiam caſtra habuiſſe, peſte ac fame laborare cœperunt, parte Nili ab hoſtibus occupata, p quam cōmeatus in caſtra uehebantur. Eo enim Hieroſolymitanus patriarcha cū multis nauarijs profectus ab hoſtibus capitur. Hanc ob rem Lodouicus ne fame opprimeretur, Damyatam repetens in maximas incidit hoſtium copias, à quibus bello ſuperatus cum Alphonſo Picſtauieniſi & Andegaueniſi comite fratribus Germanis capitur. Verum interfecto à ſuis poſt tantam uictoriam Soldano, alter qui ei ſuſſectus eſt recuperata Damyata & accepta pecunia, Chriſtianos omnes liberos & incolumes Ptolemaidam perduxit. Lodouicus autem rex ſuadente Alexandro pontifice remiſſis in patriam fratribus, tandem in Aſia commoratus eſt, quoad Cæſarea, Ioppe & Sidon, quæ oppida Chriſtiani de Saracenis nuper receperant, inſtaurata præſidijs firmarentur. Tum demum uero ſexto expeditionis ſuæ anno in patriam reuertitur. Interea quidē Alexander pontifex excommunicato Manfredi Anagninam profectus, Octauianum Vbaldina gente ortum, eccleſiæ Romanæ cardinalem Neapolim mittit, q̄ Neapolitanos contra Manfredū in fide cōfirmaret, pollicitus ſe breui Capanis omnib^o ac Neapolitanis auxilium allaturum. Sed Manfredus non contentus Neapolitanos uexare, in Hetruria quoq; factiones mouet; maxime uero Florentiæ, quæ mortuo Federico, ſtatim in libertatē ſeſe uendicauerat. Vnde communi decreto placuit Guelphos ſub Federico eiectos in patriam reducere, qui Guelphorum conatibus reſiſtēt. Hac itaq; ratione Guelpha factio tantum in Hetruria ualuit, ut Piſtorieſes, Aretinos, Piſanos, Seneſes, qui Guelphos ciues ſuos eiecerant, graui odio & maximis bellis pſequerētur. Lucenſes contra Piſanos potiſſimum adiuuantes, quos certe Florētini tum oppreſſiſſent ſupatos ad Arſetium fluuium, niſi Boniti^o oppidū ſuſpectam fidē habuiſſent. Erat enim Bonitium in ualle Helfæ ſitum, à Senis duodecim milibus paſſuum diſtans, loco, natura & arte munitum: quo quidem Gibellini ut arce belli in Guelphos urebantur: hoc ui ſublato & uerſo, Florentini contra quos Manfredus ſenſerat, Alexandro pontifici Manfredi aduerſario copias pollicerentur. Hanc ob rem Manfredus iam Panhormi rex declaratus, conducto Saraceno milite & legatum apoſtolicum magnis cladibus attriuit, & Iordanem copiarum ſuarum præfectum cum mille & quingentis equitibus in auxilium Senenſium contra Florentinos miſit, qui non ita multo poſt Florentinos ad Arbiā flumen tanta clade ſuperarunt, ut relinquere urbem hoſtibus ſint coacti. Non deſtitit tamen pontifex tyrannos ubiq; locorum perſequi. Cum enim Ecelinus tyrannus, quem diximus totam fere Venetiā occupalle, Mantuam obſideret, Philippum Fontanenſium archiepiſcopum Rauennatem Alexander Venetiis propeſe miſit, qui prædicata Chriſti cruce, comparatoq; exercitu Anſelmum Ecelini ex uxore nepotem à Patauio expulit. Hanc ob rem Ecelinus Mantuam obſidione ſoluens, ac Veronam concitato gradu petens, cum recuperandi Patauij ſpem omnino omiſiſſet, Patauinos omnes (ad duodecim milia fuiſſe in caſtris ſuis conſtat) uarijs cruciatibus necauit. Tum uero theologi quidam ordinis minorum Brixiam miſſi, eo prædicando ciuitatē deduxere, ut & Guelphos extorres reciperēt, & partes eccleſiæ ſequerētur. Idē quoq; Placētini & Cremonenſes feciſſent, ni Obertus Pallauicinus dominatum adiuuantibus Gibellinis occupalle. In hunc uero & Ecelinum belli ſocium legatus apoſtolicus Brixiam mouēs adiuuantibus Guelphis, apud Gambaram magna accepta clade ſuperatur & capitur cum epiſcopo Brixiano, & factionis Guelphæ optimatibus, quos omnes Ecelinus accepta prius Brixia incolumes ſtatim dimiſit, anno ſalutis milleſimo ducentēſimo. LIX. Legatus autē apoſtolicus ueritus ne Ecelini potētia ſupra modum creſceret, ſeſe iungere Obertum Pallauicini ab Ecelino inſtituit. Id autē potiſſimum per Boſum Do-

Alj Anſelm^o

narium ciuem Cremonensem & domi nobilem tentat, qui Obertum impulit proposita cum detestatione Ecelini crudelitate & saeuitia, ut omisso Ecelino cum Mediolanensibus & Mantuanis, alijsq; socijs ciuitatibus foedus iniret. Tum uero Ecelinus ira percitus q; omnes propostum in se coniuersasse conerneret, comparato ad Cassanum exercitu, oem Insulubriam affecit, socias ciuitates ad bellum exiuit, a quibus non ita multo superatus & captus, Soncini moriturus: eo enim post acceptum graue uulnus delatus fuerat. Omnes itaq; Cisalpinæ ciuitates libertatē mortuo tyranno consecuta: Alexandri pontificis deinceps auspicijs & monita secuta sunt. Legatus autem apostolicus qui Patauios in libertatem uendicauerat, reliquias bellorum persecutus, Albericum Ecelini fratrem Taruisio pulsum, cum uxore & liberis obtruncat. Alexander uero pontifex sublati tyrannis, extincto tanto incendio, repetere bellum asiaticum instituerat: sed discordia inter Genuenses & Venetos orta effecit, ne tam pium bellum tamq; necessarium fumeretur. Ptolemaidam Tyrumq; urbes admodum diuitijs & opibus prapotentis Christiani tum incolebat: maxime uero Genueses, Pisani, Veneti mercatores, qui per annos iam quatuor & sexaginta omnes fere orientis atq; occidentis mercaturas eo contraxerant. Hi autē mercatores separatas habebant areas, separatos uicos, portoria propria: nec quicq; cōmune inter Venetos Genuesesq; apud Ptolemaidam erat prater diuina templa. De monasterio sancti Sabæ orta contentio est, quod utraq; ciuitas sibi uendicare conabatur. Componere hanc litē pontifex annixus, literas utriq; dedit, quibus ostendebat sibi placere monasterium utriq; ciuitati cōmune esse debere. Sed Genueses cogita pri^o pōtificis uolūtati, fretiq; beneuolētia Philippi Montisfortis urbis præfecti exclusio Veneto monasteriū capiunt, & in arcē munitissimā redigunt. Hanc ob rē Veneti populariter abeuntis initio fœdere cū Manfredō Siciliæ rege cōtra Genueses arma sumūt, eorūq; classē duarū triremum, & tres ac uiginti magnarū nauū in portu Ptolemaidæ uirrupētes incēdunt, ac monasterium sancti Sabæ eodē impetu captū euertūt. Genueses autē hac calamitate magis irritati q; perterriti, cōparata denuo classe apud Tyz Venetis occurrūt, qui de industria cōdētes in pontū delati, Selymbriam urbē de Saraceno expugnata diripiūt. Interim uero auctis utriq; copijs, Tyz cōmuniē belli sedē ab utroq; contēditur. At pontifex uerū, ne aliqua magna clades ex hac contētionē oriret, legatos utriusq; populū ac Pisanos ad se uocat componēdæ pacis causa: quæ propemodū cōposita erat, cum nunciatus est int Tyz & Ptolemaidam Pisanos ac Venetos eo bello socios Genueses ingētī clade superasse, uiginti quinq; eorū nauibus partim captis partim submersis, atq; uictores Ptolemaidā uictos Tyz rediisse. Ptolemaidæ autē oia Genuensiu aedificia diruta, oia bona direpta fuisse, pulsosq; inde ciues oēs. Hanc cladē ita moleste tulisse dicūt pōtifex, ut nō prius admittere Venetos legatos uoluerit, q̄ captiuos Genuensiu incolumes dimitterēt: & ne unitatē in cōmodo pōtifici mēderi necesse esset, Balduinus impator Constantinopolitanus, quo stante spes aliqua recupandæ terræ sanctæ superat, de relinquēda Constantinopoli cogitabat. Michael em̄ Paleologus duorū Theodori Vtari filiorū ob affinitatē ex testamento patris tutor, omni gñe iniuriarū latinis psequēbatur, pulso ex Achaia Guilielmo Franco, uexatoq; Balduino & domi & foris armis ac seditionibus. Quo quidē abeūte ad tuēdam orā ponticā ab hostibus uexatam, Cōstantinopolitani ciues noctē concubia Paleologū in urbē admiserunt. Hanc ob rē Balduinus & Pantaleo patriarcha à ponto in Europam fœdētes contētionē bellorum omiserunt. Tū uero Paleologus sublato amulo & hoste, occisis clam pueris impium sibi desumit, qd post annos octo & quadraginta à latinis in græcos rursus translatus est. Interea uero Octauian^o cardinalis Vbaldin^o re Neapolitana pacē feliciter administrata, statim ad pōtificē rediit: q ubi Clarā uirginē ordinis sancti Francisci Anagninæ in sanctas retulisset, Viterbiū statim p̄fiscitur, pacē inter Genueses & Venetos cōpositurus. Qua in re diutius uexatus, eo loci tædio animi tandē morit, & in ecclesia sancti Laurentij honorifice sepelitur, pōtificatus sui anno septimo. Vacat tum sedes mensibus tribus, diebus quatuor. Huius pōtificis uita ab oibus certe mirifice laudatur, Beneficus em̄ liberalis est habitus, maxime uero erga paupes Chri; & bene de reli-

gione Christiana meritis: unde libellos quosdā cōtra paupertatem editos à quodā Guilielmo de sancto amore, pperuo edicto aboleuit. Affirmabat em̄ ille pniciosus paupes religio deditos, & elemosynis uiuētes nō esse in statu salutis. Cōbussit etiā uidēte curia Romana libellū pestiferū, quo autor assererat statum gratiæ non à lege Euangelij, sed à lege spūs pcedere. Quæ opinio ex libris loachimi abbaris sumpta dicebat. Hic autē liber à sectatoribus, Euangelijū aternū dicebat. Ipse uero Alexander ubi ab externis negocijs uacuuus fuit, aliquid semper quod ingenium saperet edidit: nā & decretales epistolas cōpilaui, & uiris doctis ita fuit, ut eos ad cardinalatū usq; prouexerit: maxime uero Henricum cardinalē hostiensē, uirum diuini humaniq; iuris peritissimum. Vfus est & magna liberalitate erga Bartholomæum Brixianum doctore, qui multa in decretales edidit, quibus ex rebus pter doctrinam singularem & sanctitatem, magnam consecutus est laudem. Eius quoq; opa redactum est templū testudineum, quod apud sanctam Hagnetem cernimus ad cultum diuinū, cum antea Baccho dicatū esset, consecrationemq; altaris beatæ Constantiæ huius manibus factā, literæ ipsa indicat in uestibulo tēpli positæ.

VRBANVS .IIII.

VRbanus quartus ex Trecenti Gallica urbe oriundus, patriarcha Hierosolymitanus pontifex creatus, statim è Gallia milites conuocauit, quos Manfredi ditionem ecclesiæ uexanti obijceret. Hanc ob rem lordanis copiarum Manfredi in Hebruria contra Guelphos dux reuocatus in regnum, Guelphis respirandi facultatē aliquantulum dedit: maxime uero Florentinis & Lucēsis, quos è medio tollere omnino Gibellini instituerat. Laboratur & eadem peste in cisalpina Gallia, Vberto Pallaucino factionem Gibellinam ubiq; extollente, contrariarūq; deprimente. Tantæ etiam uersutia is fuit, ut Brixia potius sit, utraq; factione id approbante, cum se omnibus pariter astuturum ostendit. Tum uero Mutinenses & Rhegenses Ferrariensium ac Bononiensium cōsilio usi, qui uerebantur ne Pallaucinus omnia occuparet, in partes ecclesiæ declinantes, Gibellinos ciuitatum suarum eijciunt, eorumq; bona Guelphis Florentinorum exulibus condonant, quo factio sua ubiq; ualidior haberetur. Fiebant hæc in cisalpina Gallia, pontifex ipso omnes continuo ad pacem cohortante. Apud Constantinopolim uero Paleologum Veneti imperio deiecessent, nisi à Genuensibus socijs & amicis fuisset adiutus. Factus dein potētior Paleologus capta Manouasia, Venetis & Guilielmo Achaie principi facile resistebat. Parauerat iam legatum pontifex, q pacē inter Venetos & Genuenses componeret, cum subito Manfredus comparatis nouis Saracenorū copijs, agrū Picenum iam antea nutantem occupat. Pontifex itaq; eundem legatum in Galliam mittit, qui Gallos cruce signato, iam antea ea de re monitos, maturare iter precibus & pollicitationibus impelleret: qui certe duce Guidone episcopo Antisiodorēsi in Italiam descendentes, superato ad Brixiam Pallaucino, nemine deinceps resistente, Viterbiū usq; peruenere. Vnde non ita multo post accepta pontificis benedictione digressi, per Vmbros & Marfos iter facientes, Saracenos qui eo confugerant facillime superant, & ad Lirim usq; propellunt. Eodem quoq; tempore Romani & si ditionem ecclesiæ nequaq; uerarent, non tamen pontificis imperio obtemperabant, magistratus in urbe suo nutu creantes. Desinentes itaq; senatorem ex ciuitate Romana creare, tum primū ex exteris Brancalionem Bononiensem magni animi consilijq; uirum, ad tantum magistratum magno proposito præmio acciure. Verum postea mutata sententia, hominem comprehendit in carcerē conijciunt. Hac autē iniuria Bononienses moti, Romanos quosdam captos non alia conditioē dimissuros se affirmāt, nisi restitutū in libertatē ciuem suum Brancalionē intellexerint. Tum uero Romani suis cauentes, non solū Brancalionē dimittunt, uerum etiam eundem in pristinam dignitatem restitunt: alio etiam ac omni regione urbis delecto magistratu (quem Banderesios appellabant) penes quē uita ac necis hominum arbitrium esset. Hac autē insolētia ideo uti Romanos pōtifex intelligebat, q se à Manfredō uexari armis conerneret, nec eorum conatibus posse resistere. Quare tyrannos à ceruicibus ecclesiæ aliquādo reieciurus, legatos ad Lodouicū Franciæ regem mittit, qui eū ad-

CLXXXIX
pontifex.

hortetur, ut primo quoque tempore Carolum puincia & Andegauis comite consobrini & generi suum cum exercitu in Italiam mittat, quod sibi in animo esset Manfredum pulso, hominem regem Siciliae citra & ultra Pharam creare. Fecisset tum id quidem (adeo erat ad tantam rem ob ingratitude Manfredi animatus) ne aegritudo a rebus gerendis esset abstraxisset. Quod deinceps a sequenti potestate postea factum autumant, sunt qui ascribunt huius pontificis aetate Alberti Theuronici ordinis predicatorum fratrem, quem ob amplitudinem doctrinae magnum appellant. Qui & omnia opera Aristotelis commentatus est, & theologiae christianam acutissime aperuit, & de paruis naturalibus quod diligenter scripsit. Edidit & librum de coaequeis, in quo quidem res naturales theologiae, quantum fieri potest, similes ostenduntur. Exposuit & magnam partem bibliae. Euangelia, ac Pauli epistolae glossis optimis aperuit. Inchoauit etiam summam theologiae, sed non perfecit. Tantae praeterea modestiae fuit, adeoque lectionum appetitissimus, ut Ratisponensem episcopatum abnuerit; quem tu multum & armis gubernare interdum opus erat, ut nunc etiam apud Germanos mos est, quorum plerique episcopi ense & milite rem suam tutantur. Priuatus itaque Coloniae aliquandiu publice legit. Tandem uero octogesimum aetatis suae annum, eodem in loco moritur, multis discipulis qui posteritati consulere relicti, maxime autem Thoma Aquinate; qui relicta patria insigni quoque cognatione (originem enim e comitibus Apuliae ducebat) Coloniensem pergens tantum profecit, ut post aliquot annos apud Parisios primum in doctrina locum teneret. Vbi & quatuor libros in sententias edidit, Scripsit & librum contra Guillelmum de sancto amore uirum perniciosum, ut antea diximus. Duos praeterea libros edidit: quorum alter est de qualitate & essentia alter uero de principijs naturae. Romae deinde ab Urbano accersitus, spreto dignitatibus quae ultro ei offerebant, totum sese lectioni & scriptioni dedit. Nam & scholam Romae instituit, & rogatu Urbani multa conscripsit, & tota fere naturalae philosophiae ac moralae commentationibus exposuit, & contra gentiles librum edidit. Declarauit & lob. catenas quoque aureas contexit. Composuit quoque officium de Christi corpore, quod in ope plurima figurae testamenti ueteris continetur. Ad Urbanum pontificem redeo, qui pontificatus sui anno tertio, mense uno, die quarto Perusini moritur, in cathedrali quoque basilica sepelitur. Vacat tum sedes mensibus quinque.

C L E M E N S . IIII.

Clemens, IIII. Guido Fulcodii antea uocatus, natione Narbonensis, e uilla sancti Aegidii merito ob sanctitatem & doctrinam pontifex creatur. Is enim iureco sultus totius Galliae sine contentione primarius, in curia regia causas integerrime agens, uxor & liberos habuit, qua mortua primo Podiensis, deinde Narbonensis episcopus, postremo cardinalis omnium consensu creatus, solus ob integritatem & autoritatem deligitur, qui lites inter Henricum Angliae regem & Simonem Montisferrati comitem componeret. Postea uero pontificatus adeptus (ut quidam tradunt) medicantis religiosi cuiusdam habitum induit, Perusium incognitus puenit: eod deinceps profecti cardinales, quem etiam absentem in pontificatu delegerant, hominem ipsum Viterbium honorifice perducunt. Carolus autem, quem diximus, ab Urbano in regnum accitum, cum triginta triribus Massilia soluens, Tiberi amne subuectus, Romam ingressus, rati diu senatorium munus mandato pontificis obiuu, quoad superuenerent cardinales a pontifice missi, qui hominem in lateranensi basilica Hierusalem & Siciliae regem declarauerunt: hac conditione, ut Carolus sacramento adactus thannis feudum nomine, quae draginta milia nummum aureorum ecclesiae Romanae proluerent: neue impium Romanum etiam ultro oblarum acciperet. Magna enim de impio contentio iam orta erat inter Alphonsum regem Castellae, impium armis & largitione quaerentem, & Cornubiae comitem regis Angliae fratrem: ad quem electores non facile respiciebant. Ne igitur Manfredum spes uilla subesset discordiarum inter Alphonsum & Carolum, ad quem magna pars hominum imperium deferebat, sublata petendi facultate, pontifex hominem in Manfredum concitabat ecclesiae Romanae contemptorem. Iam enim Caroli copia superatis Alpibus, in Cisalpina descenderat: factoque per Flammineam itinere omnes factionis Guelphae milites Romam usque perduxerant. Vbi Carolus mouens & Ceperanum capit, pulso inde Manfredi praesidio, & sal-

tum Cassinatim occupat: quem Manfredus ipse custodiendum acceperat: quantum deinde mutato consilio, Beneuentum profectus expectare hostem in planis parentibusque locis instituerat, quod plurimum equitatu ualere. Mouit & eod Carolus: & facta pugnae copia, licet ex itinere fessi milites essent, praedium non detrectat. Ciet uterque dux suos in pugnam. Verum dum Carolus laboranti suorum turmae intentus (ut fit) succurrit, ex quo consternatus, ita hostium animos auxit, ut Manfredus extra ordinem incautius pugnans interfectus, apparere subito Carolo fortunam belli statim mutauerit. Ex suis enim in fugam uersis multi interfecti sunt: plerique uero uiui capti. Carolus autem tanta uictoria potitus, Beneuentum mouens, urbem deditionibus ultro ciuibus ingreditur. Nuceriam deinde oppugnare adortus, quo se noui ueteresque Saraceni receperant, magistrum militum suum (quem marescallum uocant) cum quingentis equitibus in Hetruriam mittit: qui Guelphos extorres in ciuitates suas reduceret. Is itaque profectus abeuntibus sponte gibellinis, magistratum sine prouocatione Florentiae constituit: quem accolae factionis Guelphae capitaneos uocant. Inde uero in Senenses mouens omnes Gibellinos Hetruriae, maxime uero Pisanos in se concitauit, dum ad Bonitium castra habet, quod Gibellini acriter defendebant. Carolus autem utroque regno in potestatem recepto, excepta Nuceria, Saracenis tandem pacem concedit, permittens etiam suis legibus in Italia uiuere. Ipse uero cum exercitu uocante pontifice, Viterbium se contulit, quo & Henricus a fratre rege Castellae pulsus paulo ante puenerat: quem pontifex Caroli commendatione motus, & multis muneribus donauit, & senatore urbis creauit. Carolus autem in Hetruriam mouens Gibellinos domiturus, qui Corradinum adolescentem Conradi Sueui nepotem in Italia contra Guelphos uocabant, Bonitium egregie defensum & natura munitum, cum ui capere non posset, fame ad deditionem compellere instituit: quo tandem post longam obsidionem recepto, in Pisanos mouens, Mutronium eorum oppidum captum Lucensibus dono dedit. Molliturus etiam maiora tum Carolus uidebat, nisi a suis in regnum propere uocatus fuisset, ob factiosos quosdam qui Corradini rebus fauebant: maxime uero Saracenos, quos deinceps munitissimis castellis in Nuceria conclusit, quo ei tutius in Corradinum proficisci liceret, quem Pisani in regnum deducere conabantur, uastatis prius Lucensium agris: superatoque atque interfecto apud Aretium Carolo marescallo, adiuuante praesertim Guidone Ferretano, totiusque Cisalpinae factione Gibellina. Ferunt pontificem (dum adolescens per agrum Viterbiensem iter in regnum faceret) eius casum miseratum, prophetica uoce dixisse, Corradinum ipsum ut uictimum ad caedem duci. Is itaque Romam proficiscens Henricum senatorem ad pontem Miluium cum populo Romano obuium habuit, imperatoris nomine saepius acclamato, timore ne id fecerint, aut studio partium haud satis constat. Dimisso autem Romae Guidone Ferretano, ipse cum exercitu in regnum properans, ubi intellexisset Carolum saltus hemicos latinamque uiam occupasse, flexit inde ad aequicolos montes, quos Tagliacocium uocant, in Marfos profecturus. Castra itaque primo non longe a lacu posuit, fere aquaeductum uetere adificiorum ruina munita. Mouerat & eod Carolus decimo inde stadio ad concaua uallis fauces castra locans, qui Alardi Neapolitani consilio usus (is enim cum Germanis diu militauerat) parte exercitus statim praemisit cum marescallo regia ueste induto, laceffendi hostis causa. Ipse uero citra collem cum fortissimo quoque in insidijs bene gerendae rei occasione interim expectabat. Ad tris autem horas iam pugnatum est dubio Marte, cum marescallus fortissime pugnans occiditur: cuius in morte cedentibus Gallis, Germani ferociore facti, passim sine ullo ordine insequerant. In hos itaque incoposite ruentes, Carolus delatus statim fundit fugamque magna in fuga edita hostium strage. Henricus autem senator Reate in fuga captus est: & Corradinum cum duce Austriae cognitus (dum traicere Tiberim nauigio in Hetruriam tentat) ad Carolum praetibus capitali supplicio afficit: quod (ut diximus) pontifex futurum prope die diuinauerat. Carolus itaque anno salutis millesimo ducentesimo sexagesimo octauo, tanta uictoria potitus, totoque regno sine contentione in potestatem suam redacto, Romam proficiscens senatorium munus uolente pontifice aliquod diu administrauit, misso marescallo suo

Albertum magnum hoc tempore fuisse, alii scribunt.

Thomas Aquinas Alberti discipulus.

CXC. pontif.

in Hetruriam: cuius certe & industria & opera pax inter Senenses & Florentinos composita est. Verum mortuo Clemente, pontificatus sui anno tertio, die uigesimo primo, eodemq; Viterbij sepulto, tanta repente non solum inter populos Italiae, quos aliquantulum in officio sanctissimus pontifex autoritate sua continebat, uerum etiam inter cardinales discordia orta est de creando nouo pontifice, ut biennio sedes uacauerit. Tum uero Carolus omnia circūspiciens, ne quid mali ecclesiasticae ditioni obueniret, cum parte exercitus in Hetruriam profectus, Bonitium oppidum (unde initium turbandae pacis ortum est) caprum Florentinīs uendidit. Quo demolito, nouum haud longe in plano condidit, Poggium Bonitium appellatum. Carolus deinde inita cum Pisani pace, quorum nauigijs in Africam tralecturus uti instituerat redire in regnum constituit, relicto cū parte copiarum in Hetruria Russo Anguillariae comite, qui Hetruscos in officio cōtineret. Interim autem Lodouicum regem Massilia soluentem tres filij adulescentes, rexq; Nauarrae, Theobaldus, & comes Campaniae cum legato apostolico secuti sunt. Tunisium itaq; simul applicantes, urbem obsidione cingunt, incursionibus omnia circūquaq; possita uastantes. Verum orta in castris pestilentia, ac diutius per ignota capita uagata, Lodouicum regem cum filio minore natu, cumq; legato apostolico e medio sustulit: cuius in locum Philippus filius successus, de discessu cogitare iam coeperat. Superueniente autem Carolo Siciliae rege, hac conditione pax composita est, ut dimissis utriusq; captiuis, rex gentis Carolo tributum penderet: liberamq; in Africa Christi praedicationem sine ret. Reductis deinde in Sicilia copijs, mortuo apud Drepanū rege Nauarrae & Capaniae comite Philippo et Carolo placuit, partim pietate motis, partim uitradā contagiois causa, Centicellas ad nauigare, inde terrestri itinere Viterbiū iturū ubi de eligendo pontifice cardinales adhuc contendebant, qui certe tantorum regum praesentia moti, Theobaldū Placentinū, Leodiensem archidiaconū absentē pontificē creauerunt. Ad Clementē redeo: cuius uita omni ex parte laudanda est doctrina, pietate, religione, humanitate, modestia, charitate in proximum & pauperes Christi. Bona autem ecclesiae ita accurate dispensauit, ut plus deo q̄ affinitati & cognationi tribuisse uideatur. Duas habuit filias ex mortua uxore ante pontificatum susceptas, quarum altera in monasterium collocata, triginta libras turonensium paruorum dedit, altera autem quae marito suae conditionis nuperat, trecentas libras turonensium dotis nomine numerari iussit: hac conditione, ne quid unquam amplius peteret. Habuit & nepotem clericum: quem ubi comperit tres praebendas (ita enim canonicatus uocant) habere, optionem facere compulit, ut quam uellet ex his reueneret, duas relinqueret. Verum instantibus amicis, ut non solum quae habebat nepoti dimitteret, sed maiora & plura tribueret, Respondit uir sanctissimus (quem utinam nostrae aetatis pontifices imitati essent) se deo, non autem carni & sanguini acquieturum. Deum ita uelle, ut sua in pias causas erogarentur, nec esse dignum Petri successorem, qui plus cognationi q̄ pietati & Christo tribueret. Dum autem Viterbij esset, referretq; quotidie Ednigem Poloniae ducissam iam pridem mortuam miraculis summo in pretio esse, eam in sanctas retulit. Delectatus est etiam mirifice doctrina Bonauenturae ordinis minorum generalis: qui grauius & copiose tum scripsit, in primum, secundum, tertium, et quartum sententiarum librum. Hac autē commendatione moriens uir sanctissimus magnum sui apud omnes desiderium reliquit. Hinc contentio inter cardinales orta est, cum dignus Clementi successor quaeritur.

Bonauentura
ordinis minorum
vii Generalis.

CXCI. ponti.

GREGORIVS .X.

Gregorius decimus, Theobaldus antea uocatus, natione Italus, patria Placentinus, Leodienensis archidiaconus, in Asia existens, Viterbij à collegio cardinalium pontifex creatur. Eo enim tempore quo Lodouicus in Africam nauigauit, Herdardus regis Angliae filius ex Anglia cum ingenti classe in Asiam traiecit, recuperandae terrae sanctae causa. Verum dum Ptolemaidae tamdiu immoratus, quoad Lodouicus rex Fraciae, ut pollicitus erat, eo ex Africa uictor traiceret, ab Arfacida familiari, dum solus in cubiculo esset tribus uulneribus petitus, aere mortis periculum

euasit, adiuuante altero familiari: qui manum sciarj tamdiu retinuit, donec à domesticis discerptus & extractus est cubiculo sceleratus Arfacida est. Herdardus autē ubi ex uulneribus conualuit, Theobaldum contubernalem suum, magno semper in pretio habitū, quippe qui omnes reges & principes Christianos continuo in Saracenos animauerat, iturum Romam pontificatus gratia à cardinalibus accitum, nauigio, pecunijs, egregio comitatu mirifice iuuuit, eo potissimum tempore quo Henricus adulescens Richardi paulo ante mortui comitis Conubiae filius, Viterbium uidendū Clementis causa uenerat. Quo mortuo dum adulescens ipse ibi aliquandū moram trahit, malo fato sublatu est: à Guidone enim Mōreforti qui tum cum Philippo Francorum rege cathedralem ecclesiam audiendae rei diuinā causa petierat, ante aram interficitur, quod à Richardo pater eius Simon in Anglia dolo necatus fuerat. Vitus hoc modo patris necem, ad Ruffum Hetruriae praefectum incolumis euasit. Abiere Viterbio hac indignitate moti, non ita multo post, & Philippus in Galliam & Carolus in Apuliam, qui pace cū Saracenis in Italia, Theobaldum Sipontum, quod Manfredontiam nunc uocāt, nauigijs appulsum, Ceperanum usq; comitatus est. Inde uero pontifex per Marfos & Sabinos iter faciens, Viterbium tandem peruenit: ubi à cardinalibus perbenigne & honorificentissimo susceptus, coronaq; pontificia ornatus, omnem potestatem accipit, quam Christus Petro reliquit. Composito deinde pro tempore pontificatu, ad componendam pacem inter Genuenses & Venetos animum adijcit. Hi enim populi inter se magnis cladibus iam dudum decertauerant. Hanc ob rem Philippus rex Fraciae Cremonae subsistens, pontificis rogatu uocatis Genuensium & Venetorum legatis, pacem inter eos in quinquennium composuit: quo simul omnibus proficisci in Saracenos liceret. Quiescebat iam Italia, cum in ita perturbationi omnia à Venetis ortum est, noua uectigalia exigentibus. Instituerant enim ne quis in sinu Hadriatico nauigaret: maxime uero Pola Venetias, nisi soluto portorio è mercium numero. Hanc autem indignitatem non ferentes Bononienses, qui magna Flaminiae parti tum praerant, triennio uaria fortuna cum Venetis decertarunt. Desumum uero fessi, hac lege pacem acceperunt, ut dirupto castello, quod in primo Padi ostio edificauerant, quarundam mercium liberam educationem haberent, ostium Padi Veneto libera custodia dimissa. Anconitani quoq; indignabundū, qd Veneti Hadriatici maris dominatum sibi uendicarent, uectigalq; à nauigantibus exigent, ea de re apud pontificem conueniunt, cuius officium est prohibere, ne noua uectigalia imponantur. Is autem Venetis statim imperauit, ut exactionem illam tolerent, qui certe nil aliud respondere, quā pontificem non habere rei ipsius planam cognitionem, uerum re cognitum melius iudicaturum. Nō potuit Gregorius rem inchoatam ex sententia perficere. Eundem erat ad concilium, quod Lugduni indixerat: quo & Paleologus imperator Constantinopolitanus cum magno comitatu profectus, tertiadecima uice in sententiam Romanae ecclesiae Graecos totiens deficientes pertraxit. Huius praeterea autoritatem quidam Tartari proceres secuti, sacrum baptismum receperunt. Interea uero uacante imperio occidentali, Rodolphus Assani comes ab electoribus hac conditione imperator creatur, ut sequenti anno Romam peteret coronae accipiendae causa. Florentini autem Quelphi, Gibellini conciuēs suos à Gregorio (dū iter in Galliam facit) in patriam reductos, ita timē eiciunt. Hanc ob rem iratus pontifex, eis ius fasq; omne interdixit: paulumq; ab uice quin idem quoq; in Bononienses ageret, qui Lambertescios Assellosq; Gibellinos cum praeraris familijs eiecerant: sed hi non ita multo post poenas dederunt. Nam cum exercitū in Foroluianos duxissent, qui exules suos perbenigne susceperāt, eruptione facta de Bononiensibus ad octo milia caesa traduntur: qua quidem calamitate confisa: quaedam Flaminiae ciuitates, ab ipsis Bononiensibus statim defecere: maxime uero Ceruia: unde magnum salis uectigal suscipiebant. Gregorius autē absoluto Lugdunenſi concilio, in quo multa decreta sunt, ad electionem summi pontificis, ad expeditionem in Saracenos, ad unionem Graecae Latinaeque ecclesiae, ad pacem Christianorum pertinentia, iter in Italiam faciens, obuium habuit Alphonsum Castellae regem apud Bellocadorum admo-

Concilium Lugduni.

dum conquerentem quod imperium Rodolpho mandasset. Verum accepta pontificis satisfactione, eius omne suum Rodolpho concessit. Pontifex autem pbenigne ab omnibus Italici susceptus, dum iter per Hetruriam facit, Florentinos sponte deuitans, ne interdictum tolleret, Aretium peruenit: ubi pontificatus sui anno quarto, mense secundo, die decimo moritur, & sepelitur: uir certe in omni uita clarus, prudentia rerum gerendarum, fortitudine animi: qua pecunias & res humiles contemnebat: humanitate, clementia, benignitate in paupes Christi: & eos potissimum, qui ad gremium sedis apostolicæ confugiebant.

INNOCENTIVS .V.

LXXCII. pont.

Innoctius quintus, Petrus Tarantasiensis antea uocatus, natione Burgundus, ordinis sancti Dominici, uir in sacris literis doctissimus, anno domini, MCCLXXV. Aretij pontifex creatur: unde paulo post Romam abiens in sancto Petro coronatus, statim animum ad pacandas res Italas adiecit. Quare legatos magnæ autoritatis uiros misit, qui & Hetruriam in perniciæ Pisanorum conspirantes, & Genuenses ac Venetos de uita ac sanguine inter se certantes ab armis discedere sub anathematis poena cogere. Aderant & oratores Caroli regis, cuius etiam autoritate rem magis ex sententia cõfici posse sperabat. Fecere mandata Hetrurici: maxime uero Florentini, quos ob hanc rem pontifex ab interdicto Gregorij absoluit: Genuenses autem et Veneti, quorum odia magis inoleuerant, in armis continuo erant, sese inuicem mutuis cladibus conficietes, quos tamen Innocentius in sententiam suam traxisset, si ei diutius uiuere licuisset: adeo ad eam rem animatus erat. Moritur autem pontificatus sui mense sexto, die secundo, sepeliturque in Lateranensi basilica. Quo minus autem mors eius molesta presbyteris secularibus uideretur, effecit eius iudicium paulo ante latum. Nam cum Viterbij inter sacerdotes cathedralis ecclesiæ & fratres prædicatores de corpore Clementis quarti orta cõtentio esset: uterque enim ordo sanctissimum corpus apud se uolebat: adiudicauit id fratribus committi debere, quod diceret sanctissimum pontificem id ita dum uiuere instituisse. Hanc itaque ob rem leuem offensionulam Innocentius contraxit: alioqui uir optimus, & de quo bona omnia sperari poterant.

HADRIANVS .V.

CXCIII. pont.

Hadrianus quintus, patria Genuensis, familia Flisca, Orthobonus antea uocatus, Romæ in atrio Lateranensi pontifex creatur. Fuit autem Innocentij quarti nepos: sanctique Hadriani diaconus, cardinalis ab eodem creatus, & in Angliam legatus cum summa potestate missus ad sedandum tumultum, inter regem & barones ortum. Creatus itaque pontifex, Viterbium statim proficiscitur: Rodolphumque imperatorem ad comminuendam Caroli potentiam, qui tum Romæ omnia pro arbitrio agebat, in Italiam uocat. Verum Rodolphus Boemico implicitus bello, Hadrianum satisfacere non potuit. Carolus autem ad declinandam inuidiam intentus, omnem uim belli in Achaïam transfert, uiam sibi ad imperium Constantinopolitanum facturus. Verum mortuo Hadriano, pontificatus sui die quadragesimo, in Italiam redijt. Moritur autem pontifex Viterbij ante munus consecrationis suæ, sepeliturque in cõuentu fratrum minorum. Fuerat quidem ei in animo, & ditionem ecclesiæ tutiorem a tyrannis reddere, & constitutionem Gregorij de eligendo pontifice in meliorem formam redigere, non omnino tollere. Eius autem conatibus & animi magnitudini mors obstitit. Vacat tum sedes dies octo & uiginti.

IOHANNES .XXII.

CXCIII. pont.

Iohannes uigesimus secundus, natione Hispanus, patria Vlyxibonensis, Petrus antea uocatus, ex episcopo Tusculano pontifex creatur. Hic & si doctissimus est habitus, tamen ignoratione rerum gerendarum, & morum inæqualitate plus detrimenti quam honoris & emolumentum pontificatus attulit. Multa enim stoliditate & leuitate præ se ferentia egit. in uno tamen commendatione dignus, quod adolefcentes literarum studiosos, in opes maxime beneficij ecclesiasticis & pecunia iuuat. Vexabant tum Veneti Anconitanos, qui in Dalmatia mercaturam exercebant, nullo persoluto Venetis portorio: neque eos

(ut par erat) uectigales ecclesiæ pontifex ipse tuebatur. in uerbis tantum modo proptus, in rebus agendis timidus & infracti animi. Anconitani autem pontificis auxilio destituti, se ipsos colligentes eruptione facta, Venetos urbem obsidentes, magno illato incommodo propellunt. Vfus tamen consilio Iohannis Caietani, cuius nutu omnia tum gerebantur, quod ipsius auxilio & suffragijs pontifex creatus fuerat, legatos tum ad Paleologum, tum ad reges occidentales misit, qui eos suo nomine cohortarentur, ut pace inter se inita, arma in Saracenos & hostes christiani nominis pararent. Pollicebatur homo stolidus sibi longam uitam, & diu se uicturum omnibus prædicabat: quippe cuius uita & mores omnibus patebant, adeo erat inuerecundi & secordis ingenij. Sed ecce dum hanc stultitiam omnibus prædicabat, camera quædam noua quam in palatio Viterbiensi extruxerat subito corruit, atque inter ligna & lapides inuentus, septima die post tantam ruinam acceptis omnibus ecclesiæ sacramentis, pontificatus sui mense octauo moritur, Viterbijque sepelitur, uir (ut dixi) admodum literatus, sed parum prudens. Multa enim in uita sua scripsit, potissimum uero canones quosdam ad medicinam pertinentes. Nam mendandi arte admodum peritus habebatur. Scripsit & librum quem thesauros pauperum uocat. Edidit & problemata quædam, Aristotelem imitatus. Sed hoc nescio quo pacto compertum est, ut uiri quidam admodum literati ad res agendas parum idonei uideantur. Nescio quo pacto dixi, cum mirum potius omnibus uideri debeat, ut qui contemplantur one delectatur, idem etiam rebus terrenis animum applicet.

NICOLAVS .III.

CXCIV. pont.

Nicolaus tertius, patria Romanus, ex familia Ursina, Iohannes Caietanus antea uocatus, pontifex tandem creatur, protracta in sex menses electione, non sine magna cardinalium contentione: quorum conclauis senator Sicilia rex præfuit, qui admodum instabat, ut unus aliquis ex natione Gallica eligeretur. Nicolaus autem inito pontificatu, anno domini millesimo ducesimo septuagesimo octauo, Caroli potentiam comminaturus, Hetruriam uicariatam ei abstulit, quod diceret Rodolphum id agere ferentem, non aliter expeditionem pro terra sancta pmissam adcurum, cum Hetruria impatoriæ iurisdictionis haberet. Hoc cõsecutus pontifex, nihilominus Flaminiam ipsamque Bononiam cum hexarchatu Rauennatum quæ tunc imperatori suberant, in potestatem suam redegit: eoque misit Bertholdum nepotem Ramandiolæ comitem delectatissimum, & alterum nepotem Latinum cardinalem legatum in Hetruriam, qui restitutus ubique Gibellinis, Floræ ac in cæteris Hetruriam urbibus pro arbitrio animi magistratus imposuit. Munus uero senatorium quod principibus & regibus demandari consueuerat, ipse solus obiuit. Legatos Venerorum (qui tum Anconitanos bello uexabant) a cõspectu suo reiecit. Absentes præterea ex itinere reuocatos, grauissimis uerbis increpauit: & perniciem eorum ciuitati comminatus est, ni ab Ancona oppugnanda desisterent. Tandem uero multis ultro citroque illatis incommodis, æquis conditionibus pax inter utramque ciuitatem componitur. Huic autem pontifici in animo fuerat duos reges creare, utrumque Ursinum: quorum alterum Hetruriam, alterum Lombardiæ præficeret: qui inde Theutonicos partem Alpium incolentes, hinc Gallos Siciliam & regnum Neapolitanum teneret, armis in officio continerent. Ut uero id ei facere liceret, Petro Aragonum regi plura ferat, ut iure hæreditario Constantiæ uxori suæ regnum Sicilia repetere anniteretur. Senatoriam autem dignitatem ipse a Carolo ad se transtulit, uetuitque perpetuo edicto, ne quis rex aut princeps magistratum ipsum petere aut obire auderet. Fuit autem Nicolaus pontifex (ut autores scribunt) uir magni animi atque consilij, adeoque moribus & uita integer, ut uernacula lingua compositus uulgo diceretur. Amator & cultor doctorum uirorum: & eorum maxime qui doctrinam cum prudentia & religione coniungunt haberent. In partiendis autem dignitatibus & honoribus communis omnibus est habitus. Nam semel habita potestate sacrorum initia dorum, Albanum episcopum ex ordine minorum, Hostiensem & Portuensem ex ordine prædicatorum delegit. Prænестinus & Tusculanus episcopi seculares fuere. Creauit et duos presbyteros, uidelicet Gerardum tituli dum

odecim apostolorum, & Hieronymum ordinis minorum, tituli sanctæ Pudætiæ. His addidit duos diaconos, uidelicet Iordanem fratrem suum tituli sancti Eustachij, uirum multæ doctrinæ & innocentia; & Iacobum Columnam tituli sanctæ Mariæ in uia lata, uirum exactæ religionis & grauitatis. Aedificijs præterea ædes pontificias exornauit. Aedes enim apud sanctum Petrum percommode extruxit: quarum partem aliquã adhuc cernimus. Has postea Nicolaus quintus magna impensa restituit. Cinxit etiam mœnibus in urbis modum pometum sancti Petri, quod uiridarium nunc uocant. Ecclesiam quoque sancti Petri fere uetustate collabentem restituit, ac pictura fumorum pontificij exornauit. Idem etiam fecit in basilica Pauli. Auxit præterea mirum in modum diuinum cultum, aucto canonicorum numero, & feruentium ecclesijs prouentu. Diuisit etiam ordines ecclesiasticos inter se, & quid cuique conueniret ostendit. Habitationes quoque unicuique assignauit: ut & aduenæ scire possent, quo in loco quisque magistratus, curialis prætium inueniri posset. Perfecit etiam Lateranenſes ædes ab Hadriano quinto antea inchoatas. Condidit præterea à fundamentis sancta sanctorum, primo sacello iam uetustate colapso: tẽplumque ipsum opere uermiculato (ut adhuc cernit) & crustra marmorea exornauit: eoque tranſtulit apostolorum capita, donec templum Constantinianum sua impensa restitueretur. Quo facto statim in capsulis argenteis suo iussu extractis, comitante populo in templum restituit: condunturque in sacello ad eam rem percommode fabricato. Eodem quoque die basilicã ipsam consecrauit, pridie nonas Iulij is dies est habitus. Scribunt historici quidam, neminem ante ipsum sacrificare religiosum uisum, cum semper dissolentia ageret, lachrymas funderet. Erat enim religionis obseruantissimus, & adeo ordinis minorum ob contemptum rerum humanarum amator, ut ipse etiam decretali epistola quædam ipsius ordinis ambigua declarauerit. Vacantibus ecclesijs nullus pontifex celerius ac maturius consuluit, cum eas statim optimo cuique & idoneo committeret. Prius enim mores hominum & doctrinam inspiciebat, deinde uacantes sedes his statim committebat: quod diceret in mora periculum esse, cum non deessent qui diuina etiam cupidissime diriperent & occuparent. Notarios & tabelliones, utpote sanguine pauperum & litigantium uiuentes, à se ut pestiferos reiecit, Gregorium decimum & Iohannem uigesimum primum hac in re imitatus. Verum quoniam ubique terrarum magna in magistratibus corruptela erat, constituit ne magistratus ipsi ullo in loco magis quam annui crearentur: eos si quispiam retinere ulterius ausus fuisset, anathematis poena notabatur, à qua nisi à pontifice absolui non posset. Multa præterea constituit, ad utilitatem cleri populique Christi ani pertinentia, ut in titulis suis apparet. Non caruit tamen in tantis laudibus reprehensione. Suos enim ita amasse dicitur, ut aliunde raperet quod eis condonaret. Nam quibusdam nobilibus Romanis castella ui abstulit, ac suis dono dedit: maxime uero Surianum, Vbi idem pontifex cibi ac potus continentissimus, subita tamen morte correptus, tertio sui pontificatus anno, mense octauo, die quintodecimo moritur. Quam mortem prædixisse quendam ferunt, notato per excrementam Tiberis uaticinio. Adeo enim in immensum excreuerat, ut altare sanctæ Mariæ rotundæ quatuor pedibus & eo amplius excederet. Eius autem corpus Romam delatum, in sacello tituli beati Nicolai à se condito in basilica sancti Petri sepelitur, tumulo marmoreo & uermiculato opere exornato, quæ adhuc cernimus, anno domini, MCCLXXX. assumptionis octaua die. Quo quidam anno Carolus rex beatæ Magdalænæ corpus iam antea à beato Maximino in uilla sui nominis conditum, ornatiore sepulchro et maiore sacello exornauit: caputque eius seorsum in theca argentea condidit. In morte autem Nicolai uacasse pontificatum quing. menses ferunt. Nam dum Viterbij à cardinalibus noui pontificis electio fieret, p̄fectorque cõclauis Richardus ex Hannibalum familia Romana, ac sine contentione primaria, qui paulo ante Vrfum mortui Nicolai nepotem, p̄tura Viterbiensij deiecerat: erat enim huius familia hostis acerrimus: duo cardinales ex familia Vrfina impediẽt, quo minus electio fieret, nisi Vrfus in p̄turam restitueret. Hanc ob rē Viterbiensēs Richardũ secuti, cõclauẽ ingressi, cardinales capiunt, & in uincula conijciunt. Quod ubi Romæ scitum est, cadẽ Hanni-

Tiberis inu-
ditio.

balum factio familiam Vrfinam ab urbe pellit, quæ statim populariter cum sua factioẽ abiens Præneste secessit. Post quintum itaque mensem Gallici cardinales absentibus Vrfinis suffragijs Italos superantes, Gallicum pontificem creant.

MARTINVS .IIII.

CXCVI. p̄t.

Martinus quartus, Simon antea uocatus, tituli sanctæ Cecilie presbyter cardinalis, natione Gallicus, patria Turonensis, pontifex electus Viterbij coronari noluit, quod ei ciuitati ob impetum in cardinales factum interdictum sacris parabat. Urbem itaque ueterem petens, quod Oruietum uocant, eo loci omnia solentia peregit, X. kalendas aprilis. Resurrectionis autem die sex cardinales creauit: quorum de numero fuit & comes Mediolanensis tituli sanctoꝝ Marcellini & Petri, & Benedictus Caietanus sancti Nicolai in carcere tulliano diaconus. Regem uero Carolum ad se uenientem non modo perbene nigne suscepit, uerum & eidem senatoriam dignitatem, qua à Nicolao priuatus fuerat restituit. quod non ita ab omnibus probatum est, cum ea res excitatura uideret magnas in urbe seditiones, reuersis iam Vrfinis & pulsis Hannibalibus. Vrfinis enim ob odium in Nicolaum conceptum, Carolum mirifice aduersabatur. Iohannes itaque Latini fratris ulurus iniurias, tutaturusque dignitatem sibi à populo Romano traditam, comparato satis iusto exercitu, in Viterbiensē mouens, eorum agros longe ac late populatus est. At Martinus qui tum in Montefalcone erat, Viterbiensium calamitate permotus, Matthæum ex genere Vrfina cardinalem Romam properare misit ad res componendas: qui ex itinere Iohannem populi Romani capitaneum (ita enim populi ducem appellant) secum duxit. Veniant & eo omnium factionum capita mandato legati: maxime uero Richardus Hannibal, ut ab interdicto quod Viterbij contraxerat, dum conclauẽ uiolenter irrupit, & cardinales Vrfinos in carcerem coniecit, absolueret legati autoritate. Is itaque cardinalis pedes prouolutus laqueum collo gerens, quod est maximum poenitentia signum, ac ueniam petens absoluit. Composita autem hoc modo inter utranque factionem pace, reuocatoque exercitu Romano ab iniuria Viterbiensium, pontifex Romanis statim concessit, ut ex ciuibus duos senatores sibi deligerent, qui urbem gubernarent. Delecti itaque duo, Hannibal Petri Hannibalis filius, & Pandolphus Sabellus, qui ciuitatem toto suo magistratu optime gubernarunt: eo potissimum tempore quo Martinus pontifex Paleologum unius onis pacto non seruauent, instante Carolo Sicilia rege excommunicauit. Tum uero Paleologus Caroli potentiam ueritus, clam foedera cum Petro Aragonia rege iniit, qui regnum Siciliae ob Constantiam uxorem Manfredi filiam, et Conradini neptem suo iure repetebat. Comuni itaque impensa magna classis ab utroque parabatur. Quare pontifex legatum ad Petrum mitti sciscitatum, quid sibi uellent tanti apparatus. Cui ille ita respondit, interiorẽ se tunicam laceraturum, si illam arbitraretur suarum cogitationum consciam fieri posse. Abijt itaque re infecta legatus. Petrus uero comparata iam classe in Aphricam contẽdens, Hipponensium littora uehemẽter populatus, in Sardinia redijt, expectans ut à Iohanne Prochita res noua in Sicilia orirentur, quæ admodum inter eos conuenerat. Oborti sunt interim et noui motus in Cisalpina Gallia. Nam uiccomites familia nobilissima, duce Luchino Turrianos admodum potentes, Mediolano pellunt. Inde uero Luchinus in Hetruriam uicarius ab imperatore missus, apud Miniati oppidum se continens, Florentinos & Lucenses grauissimis incurſionibus uexabat, spretis pontificis interdictis: quibus hominem à ceruicibus sociorum remouere conabatur. Perusini quoque sumptis armis ita Fulginiates tum inuadunt, ut eorum urbem ui ceperint, & moenia aliqua ex parte demoliti sint. Quam ob rem à pontifice sacris interdicti, ueniam deinceps meruerunt, p̄soluta tamen prius magna pecunia poenæ nomine. Interim uero Siculi, quorum morus rex Petrus in Sardinia expectabat, superbiam ac libidinẽ Gallorum amplius ferre nequeutes, suadente Iohanne Prochita in Carolum coniurationem ineunt, data die ad rē conficiendã, ut eum primò uesperis capana audita fuerit, ubique Galli nullo sexu discrimine habito caderentur. Qua in re adeo certe sauitum est, ut etiam mulieres Gallico compressu prægnares caesa dicantur. Hinc tritus ille sermo est, cum quis multorum inter-

ritum exoptat, ut uesperas Siculas cōmemoret. Malum quoq; fatum expertus est eodē tempore Guido Appius cum oſtingentis equitibus Gallici nominis, ad recuperandam Romandiolam miſſus pontificis nomine. Nam dum Forulmū obſidet, eſſentq; erūpen di cupidi ciues, Guido Bonatus aſtrogia peritiſſimus, conciuſ ſuos adhortatus eſt, ex peſtata aſtrorum benignitate, ut tum demum erumperent, quando eis ſignum daret. Fe cere illi mandata, & in tempore erumpentes, Guidonē cum omnibus ſere & Gallis intera fecere. Atq; ita urbs tanta obſidiōe liberata eſt. Carolus autem audita Siculorum deſe ctione & ſauitia, cum magnis copijs in Siciliam traiciens, primo Meſſanam urbem oba fidet, quam certe p̄ deditiōem tandem cepiſſet, niſi Galli ultionis cupidi deleturos ſe ut bem minati fuiſſent. Tum uero Petrus Arago tantos motus (ut diximus) expectans, ea de re certior factus, ē Sardinia prope in Siciliam traiciens, Panhormum contendit, à ciuibus & Siculis perbenigne ſuſceptus: à quibus etiam regium nomen conſecutus eſt, conſtante undiq; ad eum omni multitudine. Hanc ob rem Carolus perterritus, Meſſa na relicta, in Calabriam ſe ſtatim recepit, expectaturus filium Salerni principem, quem paulo poſt ē Narbonenſi prouincia cum aliquot cohortibus uenturum ſciebat. Repre hēſus à Carolo Petrus Arago, q̄ affinis conſanguineuſq; regnum inuadere auſus eſſet, reſpondit ſe miſericordia motum, calamitoſo populo & indigna ferenti petiam opem negare non potuiſſe: q̄ id quoq; regnum iure hæreditario ei deberetur, propter uxo rem Conſtantiam Manfredi filiam, & Corradini neptem. Concreſcentibus autem ultro citroq; iurgijs, res tandem ad ſingulare certamen deducta eſt: hac cōditione tamen, ut uerterq; rex centum ſibi ad tantum certamē cōmilitiones coopretet, loco certandi apud Bur degalam delecto. Vtriq; enim rex Angliæ affinitate coniunctus erat, qui tantum certamen adiuuante Martino pontifice tandem diremit. Verum cum nihilominus Petr⁹ Ca rolum bello premeret, Martinus Gerardum Parmēſem cardinalē legatum Neapolim miſit, qui & populos in fide Caroli cōtineret, & Carolum ipſum adoleſcentē cōſilio & autoritate iuaret. At uero cū Petr⁹ Rogeriū Loria claſſis ſuæ præſectū Neapolim miſiſſet, Carol⁹ aliſ ſentiēte legato et reclamāte, nequaquā tm̄ regnū fortunā cōmittendū eē, in hoſtē mouēs, nō longe à Neapoli ingēti ſuoꝝ clade ſupatur; & captus in Siciliam pri mo, deinde in Aragoniam pducitur. Hoc certe ei nō accidiſſet, ſi bene monenti legato (ut par erat) obtemperaſſet. Nā paulo poſt pater Carolus cum ingēti claſſe ſupenit, qua etiam cum hoſte nondum uictore decertare potuiſſet, Martinus autem calamitate Caro li permotus, Petrum Aragonenſem anathemate notat, cuiusq; regnum in prædam id oc cupare uolenti exponit, ſubiectos à Petri iuramento abſoluit, cruce ſignatos in hominē concitat, bonoꝝ eccleſiaſticoꝝ uſurpatorem, ut ipſe dicebat. Milites quoq; eccleſiaſticos Carolo auxilio miſiſſet, ni ei bellum in Flamminia gerere neceſſe fuiſſet cōtra Foroliuā nos, q̄ adiuuante Guidone Montifſeltri comite, deficere ab eccleſia ſunt auſi, & quadā eti am caſtella haud longe poſita oppugnare. Veꝝ cū Guido ipſe pœnitētia ductus, pacē cū pōtifice inſiſſet, & mœnia Foroliuianoꝝ demolitus eſt in ultionē Guidonis Appij, & magnam partem Flamminia breui recepit. Vrbium quoq; quod tum oppugnabat ce piſſet, ni Rubens Anguillarius Hetruriam comes in oppugnatione ipſa mortuus fuiſſet. Duo tū caſtris ſerant duces, quorum alter in Hetruriam miſſus eſt, ad eam oram tueri dam, quæ ad Soanā uergit; alter uero (quē Iuuenatiū comitē uocabant) obſidiōne iuſſu pontificis continuabat, ſubminiſtrante clanculū auxilio & cōmeatu oppidanis ipſiſ Gul done Montefeltrano. Interim uero cū Martin⁹ curis agitatus addubitaret à quo duorum populorum, Piſanorum ſcilicet & Genuenſium contra Petrum Aragonenſem auxiliū peteret, tanta repente inſ hos de poſſeſſione Corſicæ contentio exorta eſt, ut ipſi aliunde auxilium peterent. Legatum tamen apoſtolicum pontifex adhortatus eſt, ut tamdiu po pulos in fide cōtineret, quoad Carolus cum ſupplemento copiarum ſuperueniſſet. Ina greſſus deinde Neapolim Carolus, confirmatiſq; ciuium animis, in Aphricam profici cēs febrī correptus moritur; quare ad legatum ipſum totum gubernadā prouincia p̄ ſus recidit. Erat tum rumor ac prope cōſtans fama, Philippum regis Francia filium cō

mitem Atrebatenſem eius regni cauſa aduentare; qui tamen deterrere Petrum non po ruit, quo minus regnum uexaret, cum iam conſtaret eum cum paruſ copijs aduentare. Nam pater Philippus in Aragoniam cum magno exercitu profecturus erat, ad occupā dum Petri regnum à Martino pontifice grauibus cenſuris prius inter poſitiſ, in prædam occupanti datum. Pontifex autem tot curis circumuentus, Vrbeuetanis etiam tumultu antibus (nam Gibellini Guelphos expulerāt) Peruſium proficiſcitur. Vbi non multo poſt lenta febrī diu uexatur, tandem moritur, pontificatus ſui anno quarto, mēſe uno, ſe peſtūq; in cathedrali baſilica. Ad cuius ſepulchrum multi ualentinarij delati, multi cæci perducti, muti & claudi priſtinam ualitudinem ſanctiſſimi pōtificis meritiſ à deo recepere.

HONORIVS .IIII.

CXC.VII. p̄.

Honorius quartus, patria Romanus, ē gēte Sabella, familia nobiliſſima, Iacobus antea uocatus, diaconus cardinalis Peruſij pontifex creatus, Romam uenit anno dñi milleſimo ducentefimo octogefimo quinto, fratre eius Pandulpho ſenatori am dignitatē tum gerēte. Tantā em ſeueritatis & iuſtitia Pandulphus eſt habitus, ut q̄ riēs Romani ciues purgare urbē latronibus, ſicarijs, furibus, parricidis uellēt (quorū tū in ſolo Romano magna copia ob ſeditiōnes ciuium erat) nō aliū ſenatorē, q̄ Pandulphū expoſcerēt. Is eſt podagra & chiragra uexabat, nō tamē animi magnitudine & cōſtans tia à bene ualētibus ſupabatur. Eodē quoq; morbo ita etiam interdum Honorius labo rabat, ut ei inſtrumētis quibuſdam ad id apte fabrefaciēſ ſacrificare neceſſe eſſet. Cōſilio tamē & prudētia tantū ualuit, ut nō multum corporis uires in eo deſideratētur; quippe cum ſolus plura prope uideret, q̄ omnes ſimul qui tū in urbe aderant. Habituū hic in Auētino apud ſanctam Sabinā, egreſiaſq; ædes (quæ ueſtigia adhuc cernuntur) in mō te ipſo ædificans, eō ad incolēdum multos quoq; Romanos exciuit, unde breui mons ipſe frequētibus ædificijs incoli cœptus eſt. Cū autē neminē lædere in pōtificatu ſuo cō ſtituiſſet, omnibus prodeſſe quoad fieri poterat, prouocatus Petri Aragonum regis in ſuria, q̄ regnū Sicilia occupare conabatur, Martini interdicta contra Petrū cōfirmauit. Rodulphus autē impator cōparandæ pecunia ſtudioſus, cancellarium ſuū ē gente ſiſca in Hetruriam miſit; quē populos oēs liberos faceret, & eos potiſſimum qui ſe pecunia re dimerent. Perſolure autē eam rem Lucentes duodecim milia nummū auri; Florētia ni uero ſex milia, qui ſtatim liberi omnino facti, magiſtratū (quē priores artiū uocant) addito uexillifero iuſtitia creauere. Nō diſplicuit hæc uēditio Honorio, licet indigna tanto principi uideretur, q̄ ea ratiōe eccleſiaſtica ditio futura ſecurior uidebatur, cū non amplius impatori liceret liberas ciuitates uexare. Dum uero rex Francia urbē Gerun denſem obſideret, curaretq; Petrus Arago, quo min⁹ in caſtra hoſtium cōmeatus à Nar bona ferrent, acri prælio cōmiſſo graue uulnus accipiēs, paulo poſt male curatus moria tur, atq; ita Gerunda dedētibus ex pacto ciuibus, in poteſtatē regis Francia redacta eſt, qui nō diu ſupuiſit. Ex febre em̄ moriſ cōtracta in caſtris, dū Perpinianum obſidet. Cu ius etiā claſſis nō multo poſt in portu Narbonēſi à Rogerio Loria capta & incēſa eſt. Du oſhabuit filios Petrus Arago, Ferdinandū & Iacobū. Ferdinandū autē natu maiorē Ara gonia, Iacobū uero Sicilia regē ex teſtamēto reliquit. Hac autē ratione mortuis primis regibus, bella ad ſecūdos tranſlata ſunt; qui hinc Piſanos, hinc Genuenſes maritimis præ hſ inſignes trahere in partes ſuas conabant. Veꝝ hi odio et armis inter ſe certantes, tāta rabie apud Lamellū inſulā Piſano portui uicinā cōcurrunt, ut ex Piſanis qui trirames qua dragintanouē amiſere, duodecim milia hominū deſiderata ſint: partim caſa, partim cap ta; quam quidē calamitatē Honorius ita ægre tulit, ut paulum abſuerit quin Genuēſes obſtinate nimium Piſanos inſequētēs interdicto eccleſiaſtico notaret. Ea calamitas adeo certe Piſanos attriuit, ut nunq; poſtea uires recuperauerint. Edoardus uero Anglia rex in Vaſconiam tum ſe contulit, pacem cōpoſiturus inter Carolum adoleſcentē regis Fra cia filiū, quē dixim⁹ bello captū, & Ferdinandū Aragonia regē. Cōſecta iā ex ſententia res erat, & de libertate Caroli agebat, cū interim legat⁹ apoſtolic⁹ & comes Atrebaten

sis Auelini comite adiuuante, Cathinā urbē occupant; eoq; ex Herruria collectas copias transfmittunt. Hanc ob rē Edoardus re infecta in patriā rediit. Rogerius autē Loria gallicam classem ex Sicilia redeuntē occupans, Ferdinandi regis fortunā meliorē reddidit. Adijcere certe animū huic bello Honorius nō potuit, q; armis à Guidone Feltrano in Flaminia uexaretur. Vex. tandē supato Guidone totā Flaminia breui recipit. Non diu tū post morit̄ pōtificatus sui anno secundo, die uno, corpusq; eius à sancta Sabina ad basilicā Petri magna funeris pōpa trāserit: sepelit̄q; sepulchro marmoreo, qd adhuc extat in numerum a Pio pōtifice translātū, ut insignia familiæ indicant, eiusq; epigrāma: & merito quidē, cū uir fuerit omni uita pbatissimus, & Christianæ religionis amantissimus. Nā & ordinē carmelitarū nō satis in cōcilijs pbatum, mutatis chlamydis nigris in albas; & ordinē eremitaz apud Parisios improbatū cōfirmauit. Solū autē cardinalē Iohannē Bocamatū ep̄m Tusculanū suo pontificatu creauit, uiros dicēs et eosdē bonos ac doctos, nō etiā rudes & rez humanaz ignaros in tantum collegiū cooprandos esse. Ad uero aulicos amauit, ut quotannis æstate præsertim Tibur proficiscerēt uitādi æstus Urbani causa; unde multaz agritudines oriunt̄. Mortuo autē Honorio decē mēsisbus sedes tū uacat. Nam cū apud sanctam Sabinam conclaue haberetur, multi cardinales repentina agritudine sunt correpti; quorum de numero moritur Iordanus Ursinus comes Medio lanensis, Hugo Anglicus, Geruafius Andeanēsis decanus Parisiensis, & Antherius uir in signis. Hanc ob rē soluto cōclauī in aliud tēpus magis salubre rē ipam reijciunt, maxime uero cum terramotus ipsi qui tum permagni fuisse, religionem quādam iniecerint, quo minus tum quidē id fieret.

NICOLAUS. .IIII.

Nicolaus quartus, natione Picētinus, patria Afculanus, Hieronymus antea uocatus; ordinis minorum frater et generalis, deinde presbyter cardinalis apud sanctam Sabinam, decimo mense post mortē Honorij pōtifer creatur, collocatq; in sede Petri ipsius sancti cathedra. Reate deinde profectus ob seditiōes quæ tum Romæ subortæ erant, quosdā cardinales creat ex omni fere religiōe. Oēs enim pariter amabat; nec plus se debere affinis & cognatis, q̄ cuius bono arbitratur. Virtutes & uicia faciebat, ut in hunc magis q̄ in illū inclinaret. Horz de numero quos cardinales creat fuisse, Neapolio, Petr^o Colūna, Hugo Bolionius ordinis prædicatoz doctoz insignis, Mathæus Aquasparta fratruū minorz generalis, ep̄s Portuēsis. Romā deinde post annū rediens, sedatis aliquātulum prurbationibus ciuili, apud sanctā Mariā maiorē habitauit, quā basilicā ipse unā cū Iacobo Columna restituit, ut in fornice maiorī appareret: unde saluatoris ipsiusq; pōtificis, ac Iacobi cardinalis imago ex ope musiuo adhuc cernit̄. Idē quoq; pontifex anteriorēq; posteriorēq; partē basilicæ Lateranēsis restituit, ornauitq; ope uer miculato, quemadmodum literæ ipsæ indicāt. Interim uero reges Aragoniæ & Siciliae his fœderibus, adhortante Nicolao pacē ineunt, ut rex Carolus ē uinculis missus, sua impēsa Iacobū Aragonē Siciliae regē cōstitueret; q; nisi triennio id effecisset, in carcerē se redituz pollicebat, datis ob eā rē obfidib⁹ duobus filijs; Carolo cui postea regi Vngariæ creato Marcello cognomētum fuit, & Loyfio q; post bñ actā in ordine beati Frācisici uitā in scōs relat⁹ est. Dū hac autē in Europa gererent, Soldanus discordijs Christianoz fret⁹, Tripolim Asiæ ciuitatē insignē quidē, interfecto Christianoz p̄sidio igni ferroq; euerit. Parē quoq; calamitatē Sidon & Barutū prulere, nemine adiuuante. Restabat Ptolemaidā in annos duos inducias à Soldano cōsecuta; hāc ut tuerēt Nicolaus pontifex annixus, milites ad uexillum Christi uocat, are suo cōductos. Hi ad mille & quingētū fuerē. Hos postea multū nullo dato noīe, nullis signis & auspicijs secuti, cum Ptolemaidem puenissent, non minora Christianis q̄ Saracenis damna intulere. Soldanus autē cum res suas reperisset, nec reddita essent, nostris omnib⁹ exitiū cōminatus est. Magna inter Christianos de possessione Ptolemaidæ cōcertatio tū orta erat, cū eam patriarcha Cōstantinopolitan⁹, Tēplarij Theutonici, rex Cypri, Siciliae rex Carol⁹ uindicare anniterent. Erat & Pisani in aīo Ptolemaidam repetere (ut ipsi dicebat) suo iure, quos pfecto bellū in He-

eruria ortū à tanta rei fœditate auertit. Hi em̄ Vgolino comite cum duobus filijs, totidemq; neptibus in carcerē cōiectis, inedia interempto, aīos Gibellinoz in Guelphos ita cōcitarunt, ut omnibus pariter exitiū minarent. In Aretinos primū arma cōuerfa sunt, p̄cētibus id exulibus Gibellinis. Præerat tū Aretio Guilielmus Petramala eiusdē ciuitatis ep̄s, cui Feltranus comes & Florentini auxilio uenerant. Vex. cū Florentini nō satis suis copijs fiderēt, eō etiā misere Carolū secundū cū aliquot cohortibus, q; ad pontificē iturus, forte eā tū iter faciebat. In agro Tiphernate collata sunt castra castris: Tiphernū ciuitatē castelli mutato nomine nūc uocant. Cōmissio itaq; p̄lio, magna statim de Florētini cadēs fieri cœpta est. Vex. nō ita multo post mutata fortuna, cadētibus tū in prælio Guilielmo ep̄o, & Feltrano comite, ex Gibellinis ad tria milia interfecta, & duo milia capta dicunt̄. Campaldinū locū ubi pugnatū est accolæ dixere. Carolus autē tāta uictoria potit⁹, rectā ad Nicolaum proficiscit, ac utriusq; Siciliae regnū feudatario iure obtinet. Hoc ubi Iacobus Arago intellexit, oppugnare Caietā statim aggredit̄. Ne quid autē deesset ad prurbandam Christianoz getem, inter Philippū Frāciæ & Eduardū Angliæ reges grauissimū bellū exortū est: quæ res & Christianos in Asia mirifice p̄urbauit, & hostibus nostris delēdi in Asia Christianū nomē audaciā & spē dedit. Soldanus em̄ qui tum ægrotabat ad cētum & quinquaginta milia hoīm, filio duce Ptolemaidā miserat. Interim uero duoz mensiū obfidioē p̄tracta, p̄e mortuo, filius statim sufficit; q; certe acrioribus animis urbē oppugnās, cōpletis fossis, prædaq; militibus promissa, ad mœnia usq; iam pugnando puenerat, cū à Christianis erumpentibus magno suorum incommodo in castra retrudit̄. Dū hæc in Asia gererent, Nicolaus pontifex duos ē latere legatos, Benedictū Caietanū, & Gerardū Parmensem in Franciā prope mittit, q; cōposita inter duos reges pace, eos cōtra Saracenos Ptolemaidā oppugnātes animaret. Nā & pacē inter Iacobū Aragonensem & Carolū captū his cōditionibus (quas supra memorauī) iam cōposuerat: quo omnib⁹ in hostē liberius proficisci liceret, & parere classem cœpat, de pace fere certus. Sed nec reges ipsi pōtifici bñ monēti obtēperarunt, nec q; in p̄sidio Ptolemaidæ erant inter se dissidētes (quæadmodū poterant) uim hostiū p̄pulsarunt. Dilabētibus em̄ quotidie multis, solī tū ad duodecim milia remansere, q; postea cū patriarcha Hiero solymitano p̄ dromonē ad id seruatum, fugiētes, primo secunda nauigatione usq; tandē sub ipsam Cyprium naufragio periere. Soldanus autē desertam cultoribus urbē ingressus, eam ferro ac flamma statim euerit, anno cētēsimononagesimo sexto, postea à Gothifredo capta fuerat. In tantis autē malis insula Cypri & Armenia minor, Cilicia prius appellata, in fide Christianorum tamen p̄mansere. Instabat tum uel maxime Nicolaus, ueritus ne hostes reliquum Asiæ occuparent, ut impator Rodolphus eō copias suas mitteret. Quo non ita multo post mortuo, cū Adolphus Hasslo electus successor, impij iura repeteret, ab Alberto Rodulphi filio in agro Spirensi prælio interficitur. Vir quidē insignis, sed parum milite & pecunijs potens: oppressus em̄ multitudo hostiū potiusq; superatus dicitur. Nicolaus autem pontifex tadio animi (ut quidam putāt) q; male sibi cedere omnia uideret, quodq; etiā plusq; pontificem decebat in partes declinauerat, Romæ apud sanctam Mariam maiorem pontificatus sui anno quarto, mense uno, die octauo moritur, eoq; loci sepelitur; ad caput basilicæ apud Petri Columnæ cardinalis sepulchrum, ut in pauimento cernitur, emblemate & porphyreticis lapidibus notato. Post eius uero mortem cardinales Perusium profecti, quo eis liberius eligere pontificem liceret, rem ipsam discordijs intestinis biennio menseq; tertio in longum deduxere. Interim autem Michael Paleologus imperator Constantinopolitanus moritur. Quo minus autem eius corpus in loco sepelitur sacro, uetere sacerdots & monachi, q; occidentali ecclesiæ in Lugdunenſi concilio acquieuisset. Andronicus autem Michaelis filius libenter tum quidem cum latinis sensisset, si quid auxiliij à nostris habuisset. Verum cum sedes uacaret destitutus auxilio, Andronicus à fide catholica tandem defecit. Hac autem incommoda Carolus secundus rex Neapolitanus prospiciens & Narbonensī prouincia, Perusium ueniens, cardinales ipsos sepius ad concordiam & electionem

CXCXIII.
pontifex.

pontificis adhortatus est. Nec id quidem facere destitisset uir insignis, nisi acriter reprehensus à Benedicto Caietano patria Anagnino, q̄ instando acerbe nimium ipsi cardinalibus uim afferre uideretur, quorum suffragia libera esse deberet.

CCXCIX. p̄t.

CELESTINUS V.

Celestinus quintus, Petrus Moroneus antea uocatus, professione anachorita, patria Esfernienfis, secundo à Sulmone miliario cœnobium incolens, instante Carolo rege & Latino cardinali pontifex creatur: adeo maiore omnium admiratione, quo ob sanctitatem uitam à tanto fastigio rerum sponte remotior esse uidebatur. Quam itaq̄ post creationem suam profectus, eò statim cardinales oēs Perusio ad se uocat. Aggrediebantur tamē illi & literis & nuncijs, ut Perusium proficisceretur ciuitatem pontificali dignitati magis convenientem. Vicit demum Celestini sententia, q̄ ita uelle Carolum regem intelligebat. Omnes igitur eò profecti, Celestinum ipsum, ut uerum pontificem adorant. Eius autē coronationi interfuisse ducenta milia hominum Prolemaus scribit: & se etiā affuisse fatetur. Homines credo motos nouitate rei, & sanctitate uiri, q̄ homo eremita ad tantum dignitatis gradum nō nisi diuinitus prouectus esse uideretur post tam longam diligentem contentionem. Inito itaq̄ pontificatu, duodecim cardinales statim creat, uiros integerrimos, quorum de numero duo eremita sunt habiti. Verum cum Celestinus à priore uita ob pontificatum nequaquam declinaret, adeo benignus & facilis omnibus petentibus erat, ut eadē diuersis cōcederet: unū & contēptus dignitatis & imminutus pontificatus oriebatur. Erat siquidē ob priuatam uitam, quā antea in eremo duxerat rebus agendis paratissimus idoneus. Hanc ob rem de abrogatione eius merito fieri cœpta est: maxime uero mortuo Latino cardinali uiro optimo, cuius auctoritate Celestinus tantum pondus adhuc sustinebat. Verum instantibus acriter cardinalibus quibusdam, maxime uero Benedicto Caietano, uiro in iure ciuili & canonico pitissimo uasroq̄: qui primum locū apud pontificem tenebat, ut se pontificatu abdicaret, ne ecclesia dei ob impiam gubernantis piclaretur, de omittendo pontificatu cogitare cœpit. Hac autē eius leuitate & supstitione motus Carolus hominē amicissimū Neapolim pducit, eiusq̄ animū à tanta fœditate rei amouere conatur, clamante ubiq̄ locoq̄ populo se nolle alium pontificem q̄ Celestinū: idēq̄ ab eodē pontifice precibus & obsecrationibus contēdente. Cui pontifex rēdit, nil aliud se esse facturū, q̄ quod deus uellet, quodq̄ ipse ē repū, christiana esse cōseret. Tū uero cardinales abdicationem hominis quarētes, uehementer instant, ut id q̄ primum agat proposito reipū. Christiane discrimine, quod sua ignorantia imminere omnī ceruicibus ostēdebant, affirmantes omnia mala tum accidētia die iudicij sibi imputatū iri. Motus his uerbis uir sanctus & simplex, futurū se in eorū potestate dixit, modo id iure fieri posset. Quare cōstitutio omni cōsensu facta est, licere pontifici abdicare se magistratu. Quam quidē constitutionem Bonifacius octauus eius successor postea cōfirmauit, quēadmodū libro. VI. decretalium apparet. Tum uero Celestinus ad priuatam uitam se redigēs, alterius subrogandi pontificis cardinalibus ex instituto potestatem dat, pontificatus sui mēse sexto. Atq̄ ita Benedictus Caietanus plurimorū consensu pontifex creatus, Celestinū ad eremū abeuntē ex itinere ad se retrahit, eundēq̄ præfecto arcis Fumonis, quæ in Hernicis est custodiendū tradit. Hac ratione motus (ut ipse dicebat) ne autores seditionum aliquam calamitatem hoc duce ecclesie dei aliquando inferrent, licet reuera hominis sanctitate admiraretur. Vt uero q̄ est, constat hominē ipsum magnam ingratitude & calliditatis fuisse: quippe qui ambitionis causa & uirum sanctum deceperit, dum eum magistratu se abdicare compulsit, et captum uitam eremiticam appetentē in arce Fumonis dolore animi ante tēpus morti coegerit, anno uno, mēse quinto post initum pontificatū. Sunt autē qui scribant Celestinū post mortē adeo miraculis claruisse, ut plerūq̄ in cōcilijs de eo in sanctos referēdo habitamēntio sit uisusq̄ plerosq̄ qui eum pro sancto colerent, & in catalogo confessorū recenserent. Eius autē celebritas, XIII. calendas Iulij, qua die moritur quotannis obseruatur ex institutione Clementis quinti Auenioni facta.

CC. ponti.

BONIFACIUS VIII.

Bonifacius octauus, natione Hernicus, patria Anagnin^o, Benedictus Caietanus antea uocatus, Neapoli pontifex creatur in uigilia natalis domini millesimo ducesimo nonagesimo quarto: uir quidem doctrina & experientia rerum insignis. Diu em in curia uersatus fuerat, & p̄ oēs dignitatis gradus ad pontificatum, nō sine tamē ambitiois crimine puenerat. Nā dum esset sancti Martini in montibus presbyter cardinalis, adeo dignitatem pontificatus exoptauit, ut nil ambitiois & fraude prætermiserit, quod ad eam rem consequendam pertinere arbitraretur. Tanta præter arrogantia fuit, ut & oēs se re contēneret: & gr̄as à Nicolao quarto & Celestino quinto factas reuocauerit. Gibellini nos quoq̄ mirifice psecutus est. Hinc orit̄ illa inter pontificem & Columnes Gibellinos contentio, qui etiā Anagninæ cōtra pontificem factiois suæ partes fouebat. Hos itaq̄, maxime uero cardinales duos, Petrū et Iacobū eiusdē familie uiros insignes calūniari cœpit, q̄ thesauros ecclesie in morte pontificū diripiissent: q̄q̄ libellos famosos cōtra se sparsissent. Scripserūt siquidē post illatā sibi iniuriā ad reges, ad principes, ad nationes de arrogantiā Bonifacij: de ambitione, q̄ contra ius fasq̄ pontificatus sedē occupasset, reiecto fraudibus Celestino, eodēq̄ in carcerē cōiecto. Sunt em q̄ scribant Bonifacium immisitisse subornatores clanculū quosdā, q̄ noctū dimissa quasi cælitus uoce in cubiculū Celestini hominis simplicis, ei p̄uaderent ut pontificatū dimitteret, si saluus fieri uellet. Citati autē cardinales cū nusq̄ apparuissent (Bonifacij pertinaciam ueriti. Nepelem em secesserat unā cū tota Colūnenis familia, publico decreto schismatici habent) bñficijs, dignitatibus, fundis paternis, castellis, oppidis priuant: quā priuationē Bonifacius postea in decreti formā retulit, ut libro apparet quē sextū appellat. Sumptis deinde armis Bonifacius, cōcitatq̄ multis cruce signatis, eos opprimere conatus. Præneste q̄ se cū Sarra uiro insigni, eorū patruo recepat obsidione cingit. Dilapsos inde capto ac direpto Præneste Zagrolū et Colūnam confugētes psequitur: unde nō ita multo post abire ob multitudinē hostiū necesse fuit, à quibus hæc itē castella diripiunt, maxime uero Colūnam paternū solū. Cardinales autē inde quoq̄ dilapsi Reate petiuerunt. Sarra uero apud Antium multū diuq̄ in memorib^o uixit, sc̄uitiā Bonifacij uerit^o: sed in piratarū manus incidēs, remigio admotus multas calamitates p̄pessus est: q̄q̄ sic q̄dem æquiore aīo exiliū pati mallet, q̄ sc̄uitiā Bonifacij expiri, q̄ Gibellinos oēs uno odio p̄sequeretur. Notū est illud certe quod Protheto dixerit Genuēsī archiepiscopo, ad pedes ei^o die cinerū p̄deuntī. Nā cū dici à sacerdotē tū solet, memēto hō q̄a cinis es et in cinerē reuerteris, dixit mutatis quibusdā uerbis, memēto hō q̄a Gibellin^o es & cū Gibellinis in cinerē reuerteris: in eiusq̄ oculos cinerē cōiecit, nō in caput ut mos est. Eundēq̄ ob nomē factiois archiepiscopo priuauit, licet postea in integrū restituerit, cū intellexisset cardinales Colūnenfes (quēadmodū ipse scripserat) Genuā nō petiisse. Pulsis hoc mō Colūnenfibus, Bonifacius duplicē celebratare, & apostolis, & euāgelistis, & quatuor ecclesie doctorib^o, Gregorio, Augustino, Hieronymo, Ambrosio statuit. Idē etiā dū in urbe ueteri esset, beatū Lodouicū ex regia Fracorum stirpe ortū, utpote ex Carolo secūdo ordinis sc̄i Fracisci p̄fessum (ut quidē uolūt) in sc̄ōs retulit. Idē q̄q̄ ecclesiam cathedralē sanctæ Cecilie Albicis ciuitatis canonicis secularib^o pulsus inde regularib^o cōmisit, instate Bernardo Castaneto Albicē ep̄o. Edidit præterea sextū pontificij iuris codicē, suo iussu à tribus doctissimis uiris cōpilarum, quibusdam decretis nouis à se additis. Urbē quoq̄ Eugubium, quæ Gibellinorum auspicijs ab ecclesia defecerat, breuī recuperauit. Alberto duci Austriæ imperij confirmationem biterq̄ petenti negauit. Mortuo autē Iacobo Aragonio, cum Roberto Caroli filius Calabria dux in Siciliam traiecisset, Cathinamq̄ cepisset, tantum repente bellum exortum est, ut tota fere Italia tumultuaret. Nam & Siculi Aragonē sibus fauentes, cōparata classe Philippum Roberti fratrem bello superant, & captum in carcerem conijciunt. Quare Robert^o relicta Cathina re infecta in Italiam reuertitur. Federicus autem Arago ex Hispania cum exercitū in Siciliā delatus, nō solum Siciliam totam, uerum etiam Calabriā recuperauit. In Hetruria uero adeo contra Pisanos Genuenses exarserant, ut & Liburni cœperint, incendijsq̄ euerterint: & naues onerarias in fluminis ostio demerferint, ne Pis

sanis nauigare liceret. Fiebant hæc in Italia cum magno prouinciæ detrimētō, pontifice nullibi ad pacem conficiendam autoritatē suam interponente. Et ne existimaretur deum cum hominibus pacem habuisse, tantus repēte terræ motus extortus est, quantus nunquam antea; quo quidem multis diebus per interualla plurima durante, ædificia passim corrue-
 Reate pontifex tum erat cum tota curia, qui certe uerius ne ruina ædificiorum opprimeretur, casulam quamdam ex tabulatis subtilibus, in medio claustrō fratrum prædicatorum prout admodum lato ædificari iussit; eoque in loco aliquandiu refedit, licet horrida fauisset hyems. In celebritate namque sancti Andree hæc perturbatio exorta est. Apparuit tum quoque cometas magnæ alicuius futuræ calamitatis indicium. Verum Bonifacius post tantos & tam diuturnos terræ motus, ad se rediēs, cardinales aliquot creauit, quorum de numero fuere archiepiscopus Toletanus, Richardus Senensis, Nicolaus Taruisinus ordinis prædicatorum magister, Iohannes Murro ordinis minorum generalis, Petrus Hispanus. Iubileum quoque idem retulit anno millesimo trecentesimo, quo plenam delictorum omnium remissionem his præstabat, qui limina apostolorum uisitassent, ad exemplum testamenti ueteris, licet primo quidē apud Iudæos huius longe alia ratio habita sit. Iubileum namque quinquagesimo quoque anno repetebant, quo debitores à creditoribus laxabantur (ut ait Iosephus) & serui libertatem uendicabant; unde libertatis nomen præfert tam animi quam corporis. Nam liberi uere hi dici possunt, quibus peccata remittuntur. Idem etiam centesimo quoque anno obseruari mandauit. Ob hæc rem eo anno tanta undique hominum multitudo Romam uenit, ut uix incedere per urbem, amplam quidē & uastam liceret. Venerat & Romam Carolus Valesius comes, Philippi Francorum regis frater, qui filiam Balduini ultimi constantinopolitani imperatoris in uxorem duxerat, à Bonifacio quoque impetrauerat, ut focero suo liceret imperium ipsum repetere, à quo depulsus fuerat. Fecerat id quidem libenter Bonifacius, quod ei in animo erat horum principum auxilio exercitum in Asiam transmittere, qui Hierosolymam recuperaret. Interim uero dum res ipsa componerent, & Carolum ipsum patrimonio sancti Petri cum omni potestate præfecit, & legatum in Hetruriam misit, qui nouas seditiones compesceret. Nā à Gibellinis & Guelphis ad Albos & Nigros transferant. Verum cum legatus nil proficeret, propositis etiam interdictis, Carolus Valesius eō pontificis mandato profectus, continere Florentinos non potuit, quo minus Albos non sine magna caede ab urbe sua perleret. Albi enim Gibellini tum appellati sunt. Sed pontifex Hierosolymitanam expeditionē iam pridē meditata, Apameensem episcopum ad Philippum regem Francorum mit-
 tit, qui hominem ad eam rem cohortaretur, is itaque eō profectus, cum nil precibus impetraret, minas quidē addidit. Hanc itaque ob rem iratus Philippus, hominem subito in carcerē coniecit. Quod ubi Bonifacius resciauit, eō statim misit Narbonensem archidiaconum, uirum certe insignē, qui pontificis nomine Philippo mandaret, ut missum faceret episcopum Apameensem. Id si non impetraret, diceret audientibus omnibus regnum Franciæ ad ecclesiam deuolui ob contumaciā Philippi, & uiolatum ius gentium: adderetque anathema, & oēs Francos à iuramento regio absolueret. Fecit omnia quod diligentissime archidiaconus, ac regē compulsi episcopum Apameensem dimittere. Rex autē aliqua ex parte iniurias sibi à pontifice illatas ulturus, edictum proposuit, ne quisquē e regno suo Romam proficisceretur; aut eō pecunias mitteret. Secundo uero post iubileum anno, Carolus Valesius ad Carolum secundum consobrinum suum se contulit; cuius aduētum motus Federicus Arago, pacē his conditionibus petiit & impetrauit, ut redditus quæ in Italia ceperat, ei Siciliam quoque uiueret, retinere liceret. Verum abeunte ex Hetruria Carolo Valesio, Albi Florentia pulsi, Forumliuij populariter commigrarunt; quorum demum habitus est Dantes Aldegerius uir doctissimus, & sua uernacula lingua poeta insignis; qui postea redire in patriam persæpe conatus est, sed frustra adiuuantibus etiā Bononiensibus, & Canegrandi Veronensium domino, quo cum postea familiariter aliquandiu uixit. Sunt qui scribant Bonifacium hoc tempore Hermanij cuiusdam corpus apud Ferrarienses iam uiginti annis pro sancto cultum, exhumari mandasse ac comburi, habi-

Iubilei ratio.
 Antiquitatum
 lib. 3. cap. 14.

ta de eius hæresi quam diligentissima inquisitione. Hunc ego è Fratricellis fuisse crediderim, quorum secta tum maxime inualefcebat. Interim uero Philippus rex Franciæ, Bonifacij arrogantiam iniquo animo ferens, habito apud Parisios ecclesiasticorum & nobilium magno conuentu, commemoratisque iniurijs à Bonifacio acceptis, eiusque ambitio-
 ne & malis artibus ad occupandum pontificatum, quem inuisite teneret, ad sedem apostolicam tum (ut ipse dicebat) uacantem, futurumque concilium appellauit. Qua quidem re percitus Bonifacius, habito generali concilio, Philippum eiusque regnum Alberto impatori subiecit; quē in initio pontificatus sui repulerat. Tum uero Philippus superbiam hominis domiturus, Sarram Columnensem in portu Massilia cognitum, à piratis redemptum, cum Nogaretio Gallo equite fidelissimo Romam mittit, hac ratione (ut ipse palam dicebat) ut appellationem suam publicarent. Verum ei longe alia mens fuit. Nam Sarra seruili habitu Latium ingressus, collectis undique amicis, Nogaretium cum ducentis equitibus Gallis mercede conductis, è militia Caroli Valesij Ferentinum præmittit; qui inde ei si opus esset auxilium ferret. Ipse uero Anagniam clam noctu ingressus adiuuantibus Gibellinis, quos Bonifacius diu multumque uexauerat, pontificem nil tale metuentem in domo paterna capit refractis ualuis, captumque Romam perducit; ubi quinto & trigesimo die post dolore animi confectus periit, pontificatus sui anno octauo, mense nono, die decimo septimo, sepeliturque in basilica Petri, sepulchro à se antea extructo; quod quidem adhuc extat in sacello à se condito opere uermiculato. Idem quoque suggestum condidit cum porticu apud basilicā Lateranensem, quo execrationes in eadem domini fuerunt; quoque in loco & Philippum regem Franciæ, & Columnenses anathemate notauit. Moris autē hoc modo Bonifacius ille; qui imperatoribus, regibus, principibus, nationibus, populis, terrorem potius quam religionem iniicere conabatur; quique dare regna & auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur; aurum undique conquestum plus quam dici potest sitiens. Discant itaque huius exemplo principes omnes tam religiosi quam seculares præesse clero & populis, non superbe et contumeliose, ut hic de quo loquimur, sed sancte & modeste, ut Christus rex noster, eiusque discipuli, ac ueri imitatores; & maxime à populis amari quam timeri, unde tyrannorum perniciēs oriri merito solet. Sunt qui scribant hunc quoque discordias inter Italos aluisse; maxime uero inter Genuenses & Venetos, populos quidem nauali prælio satis potentes.

BENEDICTVS . XI.

CCl. pontifex.

Benedictus undecimus, natione Italus, patria Taruisinus, Nicolaus antea uocatus, cardinalis Hostiensis, Romæ calendis nouembris pontifex creatus. Hic enim ab ineunte adolescentiā ordinē prædicatorum ingressus, tum uirtute et doctrina apud fratres suos ualuit, ut eum per omnes magistratus ad generalis dignitatē prouexerint. Unde & pontifex creatus magnum breui tempore uirtutis suæ documentum præstitit. Ita enim uixit, ut post mortem inter beatos merito censeatur. Inito autem pontificatu Nogaretium et Sarram, omnesque Anagninos cum his in capiendō Bonifacio sentientes, & citatos antea ad iudicium, nec apparentes grauiori anathemate notat. Cognita quoque regis Philippi causa, hominem Bonifacij censuris irretitum absoluit, in gratiam præterea recepit Iohannem & Iacobum cardinales Columnenses, quos ingenti odio Bonifacius factiois Guelphæ studiosus, plus quam pontificem decebat persecutus fuerat. His quoque bona restituit, à galero tum rubeo quo à Bonifacio priuati fuerant, ad breue tempus abstinere sunt iussi. Compositis autem hoc modo in urbe rebus, creatisque cardinalibus quibusdam; quorum de numero Nicolaus Patensis ordinis prædicatorum est habitus, animum statim ad componendam Italia pacem adiecit. Verum quia in Hetruria magis quam alibi seditionibus laborabatur, eō Nicolaum ipsum episcopum Hostiensium cum summa potestate mittit; qui & nouos magistratus Florentiæ constituit, in illisque ædibus collocat, quas nuper ad recipiendos magistratus ædificauerat, de minorum palatii nunc uocatur. Tum uero Nicolaus plura his sibi licere arbitratus, demulcorum exulibus mentem pacem facit; quod ubi ex animi sententiā non impetrauit, proposito anathemate, Pratum se

contulit, mortuo deinde non ita multo post Benedicto pontifice, tumultuantibus in Heruriam omnibus, exules omnium ciuitatum in agrum Bononiensem conuenientes: prius mo ingredi Florentiam insitunt, atq; ita clam noctu apud portam, quae Bononiam dicitur, moenia nodum perfecta superingressi, usq; ad templum diuae Reparatae paulo ante inchoatum perueniunt. Verum dum et praedam cupide nimium quarunt, & amicos consulunt, quid maxime agendum censeant, hostibus suis sumendi animos, & capiendi arma tempus dant: a quibus non sine multorum caede prope expelluntur. Conducto deinde Roberto Calabriae duce, non solum sua tueri, uerum etiam aliena oppugnare ausi, Pistorium obsidione cingunt, adeo egregie ab his, qui in praesidio erant defensus, ut eruptione facta, Robertum cum exercitu Pratum usq; repulerint. Benedicti autem uiri optimi ac sanctissimi mens fuerat, pacata Italia, Tartaros, Syriam & Palaestinam ingressos iuuare, a quibus literis & nuncijs ad tantam rem conficiendam continuo inuitabatur. Mortuus itaq; Perusij (eod enim profectus cum curia fuerat) pontificatus sui mense octauo, die decimo septimo, rem destinatum omittit. Sepelitur autem magna pompa (ut par fuit) in ecclesia fratrum praedicatorum, nonis Iunij, MCCCIII. Fuisse autem Benedictum uirum optimum ac sanctissimum declarant miracula a se post mortem edita, sanatis aegrotis, pulsisque damnis: licet cardinales in conclauis ob eam rem constituti a Perusino populo impulsu praesepe sint, minis interdum additis, ut pontifice deligeret. CLEMENS V.

CCII. pti.

Clemens quintus, natione Vasco, Burdagalensis episcopus, Bertrandus Gotho antea uocatus, Perusij a collegio cardinalium absens, post longam contentionem pontifex tandem creatur. Is autem electioni consentiens, ex Burdaga Lugdunum profectus, eo cardinales omnes ad se uocat: qui sine mora pontifici obsequantur, atq; ita curia Romana in Gallias translata est, millesimo trecentesimo quinto: ubi etiam ad septuaginta quatuor annos remansit cum magno Christianorum incommodo, potissimum uero urbis Romae, cuius templa magna ex parte ob solitudinem & situm corruere, absentibus his, ad quos quidem ea restituere pertinebat. Coronationi autem pontificis interfuere, & Philippus rex Franciae, eiusq; frater Carolus nup ex Italia reuersus, Iohannes Britanniæ dux, qui ruina muri oppressus moritur cum plerisque alijs, dum pompa coronationis, ut fit, per urbem ducitur. Philippus quoque rex ea ruina aliqua ex parte debilitatus est. Pontifex autem in tanta trepidatione ex equo deturbatus solum carbunculum ex tiara amisit, pretij aureorum sex milium, ut quidam scribunt. Peracto deinde solenni, sed aetate rebus oibus, Clemens multos cardinales Gallicos tum creat, ex Italia nullum, licet Iohanni & Iacobo Columnensibus dignitatem cardinalatus integram restituerit. Tres praeterea cardinales cum senatoria potestate Romam misit: quorum auspicijs urbs ipsa atq; Italia gubernaret. At uero cum cerneret Genueses & Pisanos inter se grauissimo bello implicitos, interimq; Sardiniam a Saracenis occupatam esse, insulam hac conditione Federico Siciliae regi concessit, ut primo quoque tempore eam pulsus inde hostibus recuperaret. Veneti autem cum Carolo secundo contra imperatorem Constantinopolitanum foedus ineuntes, eodem Rastianum regem perpulere, millesimo trecentesimo septimo, ut orthodoxae fidei rationem a Romano pontifice petierit. Verum cum postea Veneti ac Carolus refraxissent, Rastiani ipsi malo exemplo sententiam mutant. Interim uero apud Nouarienses noua haeresis a Dulcino & Margarita inuenta est, qua mares & foeminae simul habitantes in omnem libidinem prolabebant. Fratricelli hi sunt appellati, quos opprimere Clemens conatus, eod statim milites quosdam cum apostolico legato misit, qui eos in alpebus positos, partim inedia & frigore, partim armis oppressit. Dulcinus autem & Margarita uiui capti membratim lacerantur: eorumq; ossa combusta dissipantur. Rescitum quoque eodem fere tempore est, templarios olim Christi milites a nostris ad Saracenos defecisse. Hanc ob rem interfecti illi sunt, qui comprehendi potuerunt: eorumq; bona partim Rhodijs militibus, qui insulam paulo ante occupauerant, partim uero nouis religionibus sunt attributa, Iudaeos quoque Philippus rex Franciae cum singulis uestimentis

Haeresis apud Nouarienses.

Templarij ad Saracenos defecerunt.

tis e provincia sua deiecit, direptis eorum bonis ob maleficia quaedam et auaritia. Verum cum non ita multo post Albertum imperatorem Iohannes ex fratre nepos interfecisset, omnes fere ciuitates cisalpinæ Galliae dominos sibi eos delegere, quos antea capiteos habuerant. Capiteos enim praefectos urbium uocant, ut Verona Scaligeros, Mantua Passerinos, Patauium Carrarienses, Estenses autem iam pridem dominatu Ferrariae potiebantur, sed tunc potissimum Mutinam in potestatem suam redegere. Nec indigne uisus est Carolus secundus Neapolitanus rex Beatricem filiam Azoni marchionis Batenfi in uxorem tum collocare. Verum Friscus eius filius uicem sibi superinductam cernens, patrem in carcerem coniectum necat, Ferrariae quoque potitur, impetrato a Venetis auxilio ad expugnandum Thedaldi castellum (ita accolae uocant) ponti impositum. Tunc uero cardinalis cognomento Pelagura, Bononiam a Clemente missus, Venetis sub ana thematis poena imperat, ut a re Ferrariensi abstineant. Optabant quidem Ferrarienses ipsi ditioni ecclesiasticae subesse. Hanc ob rem Veneti maturandum rati, castellum die noctuq; oppugnatu tandem capiunt: quo facto Friscus ipse uindictae cupidus, dimidia Ferrariae partem incendit, potissimum uero eorum domos, qui rebus nouis studere uidebantur. At ciues tantam iniuriam non diutius laturi, sumptis armis Frisco dominatu eiecto, Venetis sese dedunt, cum cernerent se ab his egregie defendi posse. Quare Pelagura indignatus, cruce signatos in Venetos & Ferrarienses undequaque prope ad se uocat. Clemens uero cognita Venetorum contumacia & regnandi cupiditate, eis anathemate notatis sacra interdicit: pro seruisq; direptis eorum bonis, ubicunq; locorum reperiretur haberi iussit. Quam ob rem gens ipsa mercaturae admodum dedita, & in Anglia & in Gallia maxima incommoda perpessa est. Alios praeterea cardinales in Heruriam bellis tumultuantem pontifex misit, qui Roberto Calabriae duci Florentinis ac Lucenisibus reliquisq; provinciae populis mandarent, ut oppugnare Pistorium desisterent. Paruere tum omnes praeter Florentinos & Lucenses: quare his quoque a sacris interdictum est. Verum abeunte Roberto Auenionem salutandi pontificis causa, Pistorienses diutino bello fatigati deditonem tandem fecere. Captae urbis Florentini & Lucenses moenia euerunt, fossas complent, agrum sibi diuidunt: a sanguine tamē ciuium temperatum est. Solum urbis utriusq; populo commune remanet. Quod quidem Florentini non ita multo post contra foedera inter se & Lucenses inita occuparunt, ducto circumquaeruo muro, eliminatisq; fossis, Idē praeterea ut omnia circumquaeruo tutiora haberent, Acianu gentis Vbaldinae castellum in agro Mugellano positum, emprum pecunia diruunt: in planoq; haud longe Scarpariam, ut paucis ante annis in ualle Arni Castellum & sanctum Iohannem condunt. Missus tum quidem in Heruriam Neapolio cardinalis Ursinus, qui res ipsas componeret, speratus a Florentinis & Lucensibus eod ire prorupit, ut anathemata & interdictum publice continuaret. Hanc ob rem Florentini clerum ipsum grauissimis exactiōibus diu multumq; uexarunt. Vbi praeterea hac saeuitia sunt: nam Cursum Donatum ciuem egregium & de repu, benemeritum interfecerunt, quia Vgutionis Fagiolani filia in uxorem duxerat, adeo nobilitatem odio habebant. Verum cum postea Pelagura legatum in recuperanda Ferraria castelloq; Thedaldo a Venetis occupato iuuisent, a pontifice in gratia recipiunt millesimo trecentesimo nono. Eodē uero anno Carolo secundo rege Neapolitano mortuo, filius Robertus in regnum a pontifice missus, Bononia ad Pelaguram proficiscitur: quem statim ecclesiae nomine tumultuanti Ferrariae praefecit. His autem Neapolim iturus Degum Catelanum uirum insignem cum cohorte equitum in praesidio reliquit. Qui ubi continere Ferrarienses uerbis & minis in officio non posset, equites ex arce in ciues dimisit: quorum de numero multos certe trucidauit. Ad octo namq; & uiginti ex optimatibus Estensium dominatum appetentes laqueo necauit. Eodem uero tempore Henricus Luemburgensis a Germanis impator electus, hac quidem lege a pontifice confirmatur, ut inter biennium coronam Romae habiturus, Italiae ingrediatur. Hoc autem animo id egerat pontifex, ut imperatoris aduentu motus Italiae comprimerentur, Imperator itaq; omnia se facturum pollicitus, oratores statim in Ita